

47431.

170: XVII. 17

כסדר
עשרת הדברות

כתובים על שני לוחות אבנים
Seu

Dissertatio Historico-Philologica
De

Promulgatione Decalogi

Ejusdemq.

Tabulis,

Quam

Approbante Amplissima Facultate Philosophicâ
In incluta que Pernavia floret Academia

Sub PRÆSIDIO

V. Cl.

A. 508 7/6

ERICI FAHLENII,

OO. & Græc. LL. Prof. ordin.

Publicæ bonorum disquisitioni, liberalis exercitii gratia

Modestè ventilandam sistit

S. & R. M. tis Alumnus

JOHANNES CHRISTOPHORUS WENDEBAUM,

Bersohnâ-Livonus.

In Audit. Majori die 29. Junii, Ao. O. R. M. DCCVI.

Pernaviæ, excud. JOHANNES BRENDKEN, Acad. Typogr.

i 31931169

VIRO

Maxime Reverendo atque

Amplissimo

DOMINO

Johanni Folcher,

SS. Theologiæ Licentiato & Professore
Theologiæ Celeberrimo

Evergetæ & Patrono meo devotâ animi
veneratione jugiter colendo.

Ut

Maxime Reverendo atque

Amplissimo

DOMINO

Ingemundo Bröms

SS. Theologiæ Professore Celeberrimo

Evergetæ & Patrono meo reverenter
atque demissè semper colendo.

Est 14092

VIRO

VIRO

Reverendo atq; Clarissimo

Dn: Christophoro
Wendebaum,

Pastori Ecclesiæ Bersohnensis


Vigilantissimo

Parenti meo summa animi pietate
æternum prosequendo.

S.æ R.æ M. tis

Probatæ fidei VIRO

Speçtatisimo Politissimoq; Domino


Joachimo  Grost/

Tabellario Publico

Attentissimo.

Fautori ac nutricao meo
propensissimo.

Hocce.



Humanissime Lector.

Cum primum animum ad Exercitium hoc Academicum scribendum appulimus, id solum negotii nobis credebamus dari, ut aequis rerum censoribus placerent quas heic conderemus historias. Scopus hicce ut attingi posset, duo inprimis à nobis requiri videbantur; I. Ne aut pręgrandi brevitatis studio aliqua transmitteremus ex iis, quę ad necessariam argumenti hujus considerationem præcise spectarent; aut prolixitate nimia, quę instituto non conveniret, pareremus Lectoribus tedium & nauseam. II. Ut res quās nobis describendas delineandasq; elegimus, tales, quales revera fuerunt, quoad hoc assequi liceret, repręsentaremus tanquam ad oculos. Posterius hoc, in rebus tam spissā antiquitatis caligine obsitis, totq; opinionum divortiiis obnoxiiis, nostrarum virium non erat præstare: tametsi curavimus sedulo, ut in Magistrorum narrationibus observaremus illud Comici cujusdam Veteris: ἢ πᾶντα πικρῶ πᾶσι μὲναι ἀνδρῶν, nisi nobis tam felicibus esse obtigerit, ut id saltem voluisse vel tentasse dicamur, ubi inter pugnantēs sententias arripuerimus illam, quę congruit cum Tua candidē Lector, & sic videatur verosimilior. Circa prius ita versati sumus, ut studiose nobis caverimus, ne ex oscitantia quędam intacta relinqueremus, quę ad circumstantias præcipuorum in hac materia momentorum illustrandas dici & tractari debuerant, & absq; quibus se esset, dissertatio nostra apud Te Benevole Lector fortassis parum gratię inventura fuisset. Quam bene & feliciter ex voto nostro hac successerint, Tuum erit H. L. ex favoris tuo judicio dicere atq; æstimare. Nam hoc ut Tibi certò persuadeas rogamus, quod quęcumq; heic scripsimus, ita scribere nos in animo habuerimus, ut Te, quod nobis in antecessum promittimus, experiremur in singulis æquum & faventem judicem. Vale.

Hocce.

Specimen Academicum.

Licet. minus. politum.

In. submissę. Mentis.

Perpetuę. venerationis.

&. pię. observantię.

Indicium.

Vobis.

Maxime. Reverendi. atq;. Ampl. Męcenates.

Ob.

Patrocinium. summum. &. Favorem.

Erga. me. singularem.

TIBI.

Parens. Charissime.

Ob.

Paternę. bonitatis. monumenta.

Atq;. Amoris. complementa.

Innumera.

TIBI.

VIR. Prudentissime. atq;. Politissime.

Ob.

Hospitium. &. Favorem. multiplicem.

Cum. strenuā. omnigenę. prosperitatis. adpreccatione.

In. devoti. obsequii. pignus.

Offero & consecro

Amplissimorum & Honoratissimorum

Nominum Vestrorum

Clients Humillimus

Filius obsequiosissimus & Cultor perpetuus

Joh. Christoph. Wendebaum. A. & R.

2()
CAP. I.

Brevem complectens Historiam promulgatæ legis
in monte Sinai.

Conf. Cap. 19. & 20. in Exodo.

Postquam Israelitæ ab Ægypto
egressi, statione duodecima ex 42. illis mansionibus
quas spatio 40. annorum fixerant in deserto Sinai,
(1) jam pervenissent ad montem Horeb, invitato tum
ad se in colloquium Mofi, DEUS B. in mandatis dedit, (2)
ut populo in memoriam revocaret admirandam prorsus
ipforum ab Ægypto liberationem: quod alis aquilarum eos sus-
tulisset & ad se adduxisset; exponeret simul ipsis novas illas
ac omnino gratiosissimas promissiones, quas nunc eisdem
fecerat: quod in peculium sibi præ omnibus gentibus illos acciperet,
forentq; regnum sacerdotale & gens sancta, si videlicet fœdus ipsius
servaturi essent. Hoc cum Israelitæ lubentes recepissent, so-
lenni ac admodum conspicuo actu rituq; illud ipsum fœ-
dus cum eis initurus Dominus, præcepit per Mosen νομοτα-
ξῶν ἀριστον τῶν πάντων ὅσοι παρ' Ἰθνησιον ἢ βαρβάρους ἐγένοντο
(3) ut per sanctificationem, castitatem, ac emundationem
vestium, in diem abinde tertium parati essent; eò enim Do-
minus ipse in densa nube super montem Sinai descen-
dens, sacratissimi hujus fœderis contenta ipsis enunciaret.
Inter hæc certi termini per circuitum montis populo de-
signantur, quos supergredi, vel erumpere ad videndum,
sub pœna lapidationis, interdictum fuit; intra hos se una
cum jumentis ac bestiis suis cautè continerent, donec die
condicto audirent sonum buccinæ arietinæ lentius protra-
ctum;

(1) Num. cap. 33. (2) Exod. 19. (3) Phil. lib. 2. de vita Mosis.

Etum; is enim in signum ipsis datus erat, ex quò scirent,
quando jam tempestivum esset procedere in occursum Do-
mini, & ascendere in montem. Celeberrimus ille dies ex-
hibitæ legis, secundum communem Talmudistarum con-
sensum, sextus erat mensis Sivanis (hic tertius fuit ab exitu
ab Ægypto,) diei quinto mensis nostri Junii Juliani respon-
dens: Sic namq; Magistri vulgariter, & cum illis Chrono-
logorum quoq; Christianorum præstantissimi: ערב שבת
בששה לחדש בשש שעות ביום קבלו ישראל את הרברות
Vespera Sabathi, sexto die mensis Sivan, hora diei sexta, acceperunt
Israelita decalogum. (4) Dies igitur hic cum illuxisset, ecce
nubes spississimæ occupabant verticem montis, ex quibus
edebantur soni, obstrepebant fulgura, clangor deniq; buc-
cinæ adeo vehemens ac fortis diverberabat aures, ut con-
sternaretur populus summo perè. Jam jam demiserat se glo-
ria Schechinæ Domini (5) in purissima flamma ignis arden-
tis super montem; unde is totus quantus erat, in modum
salientis commotus fuit, (6) ac furni instar ad medium cœli
fumum evolvit diffuditq;. Expedit itaq; Moses nunc ex
carceribus populum, lavacris jam purificatum per triduum,
& candidis nitidisq; indutum vestibus, secundum tribus quo-
que ac sexum ordinatim dispositum, tanquam sponsam, (7)
Domino legislatori obviam; surgit dein is cum fratre Aharone
solo, in montem, universa multitudo Israelitarum in-
terea, unà cum sacerdotibus infra consistente ad ipsius ra-
dices, ut præmonitum fuerat, arrectâ ac attentâ. Tum ve-

A 2

10

(4) Piræ. R. Eliez. c. 46. Joma fol. 98. col. 3. Taanios c. 4. fol. 140.
col. 1. Schabb. fol. 66. col. 4. Selden. de J. N. & G. p. 330. etc. (5) Pa-
raphras. Jerusebal. ad loc. eundem Exod. (6) Psal. 68. 16. Deut. 4. 11.
(7) Hoc volunt Judæi vid. R. Aben Ezra & R. Schelemon Jarchi ad loc.
hunc Exod. Conf. Ps. 68. 25. Ezech. 16. & Hof. 2.

ro Dominus ex medio ignis (8) sanctissima fœderis verba voce sonorâ ac validâ illis proposuit; qui tum, secundum placitum quorundam, (9) ad unumquodvis præceptum affirmativum affirmantis, ad negativum ex adverso negantis voculâ responsionis loco redditâ, iisdem sanctè servandis sese obstrinxissent; benedictionis insuper ac imprecationis formulis, fidejussionem pro se invicem præstitissent. Verum cum populus vocem Dei audire non sustineret, soli Mosi intra spissam nubem introeunti, populo interea è longinquo stante, legis explicatio facta est, (10) qui deinde descendens, ea omnia iisdem declaravit, promittentibus vicissim ad singula obsequium ac præceptorum implendorum promptitudinem. In fidem hanc datam, Symbolum fœderis adhibetur tale, quod Moses, postquam omnia verba Domini descripsisset in libro, ædificato altari intrâ montem, statuis quoq; duodecim pro numero tribuum Israelis erectis, offerret in holocausta victimas ac pacifica Domino. Ex his partem sanguinis dimidiam sparsit super altare, quod DEI locum repræsentabat, (11.) prælegit dehinc fœderis librum, quem conscripserat, populo auscultanti; qui spondebat se obtemperaturum omnibus, quæ in eodem mandaverat Dominus. Ad hoc responsum dimidiam alteram sanguinis partem in crateribus collectam reservatamq; eidem (populo) insparit. Sanguinem hunc vocat sanguinem fœderis illius, quod jam jam pangeret cum illis Dominus in præcepta legis ab ipsis servanda. Postquam hæc sic ordine facta fuerant, Aharoni ac ipsius filiis Nadabo ac Abihui unâ cum 70. senioribus in montem ascendentibus, verum è longinquo resistantibus, ac *περωσυν-
vnoee*

(8) Deut. 10. 4. (9) R. S. Jarchi ad Exod. 20. Sot. c. 7. fol. 47. col. 1. apud. Wagenfeil. p. 797. (10) Exod. 20. 22. (11) Exod. 24. Hebr. 9. 19. Witzis Orat. de Theocrat. Israël. §. 8.

divinam majestatem suspicientibus venerantibusq; Mo- se solo propius accedente, Deus Israelis se conspiciendum præbet. *Sub pedibus ejus videbatur quasi opus lapidis Sapphirini, & quasi cœlum cum serenum est.* (12) Habitavit hæc ipsa gloria Domini supra verticem montis, qui interea obfundebatur nube, apparens in conspectu universæ multitudinis tanquam ignis consumens, per sextiduum. Intervallum hoc dierum Mosi in præparationem ac sanctificationem datum fuisse existimant Hebræi; (13) die namq; septimo vocatur intra nubem ad colloquium cum Domino, ubi deinceps permansit per continuos 40. dies noctesq; absq; ullo adminiculo cibi ac potus. Jam duas tabulas legis lapideas Dei digito scriptas, quas ad populum deferret, accepit. (14) Is interea in abominandam idololatriam prolapsus, duce ipso Aharone, vitulum (15) conflavit, adoravit, ac choreis lascivis coluit. Tantam autem impietatem, reversus à Domino Moses, indignabundus admodum ferens, tabulas fœderis, quas secum portavit, è manibus projiciendo, confregit. Evenisse id scribunt Talmudistæ die 17. mensis Thammus h. e. Junii, inter quinç; alias luctuosas res, quæ die 17. hujus mensis illis acciderunt. (16) Porro cineres vituli concremati contusique in pulverem atq; sic aquæ insperfos, populo idololatræ ebibendos propinavit: unde illorum ventres cadivos factos esse notant quidam (17) ad instar mulieris adulterio pollutæ (18) imò & tria millia è populo per Levitas interemi justit. Tandem tamen reconciliato Jehovah, alias Tabulas prioribus similes, ipse jussu Domini confecit, alios 40. dies

A3

cum

(12) Exod. 24. 9. (13) Joma Bab. fol. 98. col. 3. 4. (14) Exod. 25. (15) Volunt aliqui vitulum fuisse emblemata Apis vel Serapis Egyptii; quod refutat Bochartus in Hierozoic. lib. 2. c. 34. (16) Masséc. Tannios c. 4. & Jom. Bab. fol. 98. col. 4. (17) vid. Commentar. R. A. Esra ad locum hunc. (18) Num. 5. 19.

cum DEO colloquens, in monte Sinai consumpsit; (19) rediensq; post illa, posteriores hasce tabulas à DEO ipso in modum ac formam confractarum denuo exaratas, secum detulit, easq; , Domino sic mandante (20) in arca reposuit.

CAP. II.

Digressio, de præsentiâ Domini super Sinai ac vocibus ibidem auditis.

NOtrandæ hoc loco omnium primò sunt formulæ loquendi, quibus de gloriæ divinæ adventu in montem, passim utitur stylus Scripturæ. Alibi enim DEUS dicitur *Venisse*, (21) alibi *cælos inclinasse*, (22) *è cælis locutus*, (23) ac *descendisse*; Has absq; singulari discretionem multi ad literam simpliciter capiunt, qui accessum Domini in actu aspectabili per throni divini inclinationem super verticem Sinai, (24) descensumq; divinæ gloriæ per motum localem gradatim in aëre factum, prætendunt. (25) Alii iterum locutiones hasce impropriè heic usurpari statuunt, & respectu essentia, Majestatis ac potentia divinæ, dona ac beneficia etc. conferentis in humiles ac miseros mortales; (26) quibus & nos, quatenus imperfectionem tollunt, qua adductæ *ῥησις* in vulgari sensu intellectæ, dum de DEO adhibentur, aliàs laborant, facilè calculum nostrum addimus. Quod ad ipsam ergò divinæ majestatis gloriam in monte manifestatam attingit, sciendum est, Doctores Hebræorum (qui Israelitarum in statione ad Sinai, per legem in fœdus cum Domino transeuntium statum, supra quam credi potest, extollunt; ut as-

leverare

(19) Exod. 33, & 34. (20) Deut. 10. 5. (21) Deut. 33. 2. Habac. 4. 3.
(22) Psal. 18. 19. (23) Exod. 19. 11. & 20. (24) Succa fol. 113. col. 3.
(25) Sobar in Exod. col. 153. (26) More Nevochim lib. 1. c. 10.

leverare quidem non vereantur, ex plebe infimos ad intimiorem divinæ gloriæ aspectum admissos fuisse, quam Esaiam & Ezechielem) (27) concordare in eo unanimiter, quod religiosissimum hunc fœderis actum honestare voluerit DEUS O. M. eadem præsentia seu curru ac Mercava divinæ suæ gloriæ, suis Seraphim Chasmalim, Ophanim ac Cherubim suffultâ stipatâq; , ad cujus ceu *πρωτοτύπα* venerabilem conspectum jam intromissus Moles, sanctuarium inferius construere jussus sit; (28) hoc est eadem, quam sibi secundum plures & pauciores numero circumstantias visam depingunt sanctissimi vates, Esaias, Ezechiel (29) & Johannes in Apocalypsi (30) quam deniq; sub deplorandum templi urbisq; per Babylonios excidium ac desolationem, venerabundus contemplabatur Ezechiel, primum ad fluvium Cepar, deinde in templo; atq; ex eodem ubi in præsens habuerat suam *σκήνωσιν* (31) imo & ipsa tandem urbe emigrantem, eiq; extremum dicentem vale. (32) Sententiam hanc suam videntur deprompsisse, partim ex vetusta traditione Majorum, partim ex *πρωτοτύπω* arcæ ac Cherubinorum, super quos gloria divina habitasse dicitur (33) uti alibi (34) ubi ad legis promulgationem digito quasi intenditur. (35) DEUS Cherubinis inductus, ac super alas venti volasse scribitur: non aliter ac apud Ezechielem (36) mentio fit insidentis in

immagine

(27) Sobar in Exod. col. 146. 147. 167. confer. Ps. 68. 25. (28) Exod. 25. 4. Hebr. 8. 5. (29) Es. 6. Ezech. 1. 5. 9. 10. horum visiones contendunt Judei omnes fuisse easdem. Sob. col. in Exod. 146. Cbagiga col. 166. More Nevochim lib. 3. c. 6. quod idem videtur confirmari ex Job. 12. 41. (30) Apoc. c. 4. (31) Ezech. 10. 15. (32) Corp. Talmud. Hieros. Taanit. fol. 61. Talmud. Babyl. Jom. fol. 21. (33) 1. Sam. 4. 2. 2. Sam. 4. 2. 1. Chr. 14. 16. 2. Reg. 19. 15. Ps. 80. 2. Ps. 92. 1. Es. 37. 16. (34) Ps. 18. 11. (35) Ps. 18. 11. (36) Sobar. in Exod. col. 153. (36) Ezech. 1. 26.

immagine hominis throno, qui (thronus) lapidi Sapphiro similis apparuit, in quâ forma DEUM in Sinai visum fuisse sub pedibus refert Moses (37) partim deniq; ex locis quibusdam Scripturæ (38) in quibus frequentes Angelorum cœtus *currum Domini in monte Sinai cinxisse* narrantur: quæ quoq; loca pulchrè inter se collata haud leve profectio pondus hypothefi huic superaddere videntur; & tantum non eandem confirmare. Illustris imprimis ac memorabilis in rem præsentem, est versus 18. ex Psalmo 68. (39) רכב אלהים רכתיים אלפי שנאן ארני כס סיני בקרש: *Curruum DEi due sunt myriades, millia multiplicia: Dominus cum illis est, Dominus Sinai in sanctuario habitans.* Iterum in versu ejusdem Psalmi quinto sic legitur: כלו לרוכב בערבות ביה שמו *Exaltate cum qui vehitur super Aravos de nomine ejus Jah.* Quid significet in hoc dicto vocabulum *Aravos*, ex ipsorum principiis sic docent Magistri, ubi de diversis cœli nominibus ac mansionibus disputant (40) ערבות-שם אופנים ושרפים וחיות הקרש ומלאכי השרת וכסא הכבוד וסלך רם ונשא שוכן עליהם שנאמר סלך לרוכב בערבות ביה שמו ומנא לן דאי קרי שמים אר אבהו אתיא רכיבה רכיבה כתיב הכא סלך לרוכב בערבות וכתיב התם רוכב שמים בעזרך וחשך ענן וערפל מקיפין אותו שנאמר ישת חשך סתרו וגומר ומי איכא השוכא קמא שמיא והא כתיב הוא גלא עמיקתא ומסתרתא ידע מה בחשוכא ונתורא עמיה שרי לא קשיא הא בכת' גוואי הא בכת' בראי. *Hoc est: mansio (41) caelorum Aravos dicta locus est ordinum angelicorum qui appellantur Ophanim, Seraphim, (42) animalia sancta & Angeli ministerii: Est*

item
(37) Exod. 24. 10. (38) Deut. 33. 2. Hab. 4. 3. 4. (39) Psalmum hunc de legis exhibitione in Sinai ad litteram agere statuunt omnes vid. Iosephos in Chagiga fol. 167. col. 1. (40) Tractatu eodem. fol. 166. col. 2. (41) Confer. Job. 14. 2. (42) Horum ordini inserunt Michaëlem. Berachot fol. 4. col. 4.

item sedes throni gloria: super his habitat Rex ille excelsus ac sublimis, secundum illud (43). Extollite eum qui vehitur super Aravos, nomine ipsius Jah. Unde vero constat, quod (eadem hac mansio) caelorum quoque nomine veniat, sitq; mansionum caelestium una? Resp. R. Abbu probari hoc exinde, quod vocabulum רכב vehi, equitare (de utrisq; caelis videlicet & Aravos) obtineat. Sicut enim heic scribitur (44) Exaltate eum qui vehitur super Aravos; ita alibi dicitur (45) inveberis super caelos auxilio tuo. Porro circumdant (Regem hunc) tenebricosa nubes ac caligo. S. S. E. (46) disponit tenebras (in) latibulum suum etc. numquid autem inveniuntur tenebrae coram caelis (h. e. an tenebris locus esse possit in caelis, quos inhabitat DEus ipse. ut Dan. 4. 23.?) attende enim ad illud (47) Ipse DEus B. revelat profunda & abscondita: movit quod in tenebris est, & lux cum eo habitat (negatur ergo dari coram eo tenebras) sed nulla est in his difficultas. Posterius namque hoc, (splendor scilicet) capiendum de penetralibus (mansionis ipsius) prius (tenebrae) de partibus illis, quae vergunt foras. Inter heic recensitos Hierarchiæ Angelicæ ordines, ac throni divini apparitores, etsi Chaschmalim, quorum in numero singulari, & sensu colectivo apud Ezechielem (48) injicitur mentio, hoc in loco non enumerantur; tantum tamen abest, ut eos idcirco à throno seclusos velint, ut hos fuisse eos ipsos Angelos credant, qui voces vel sonos visibiles in Sinai ediderunt: Sic namq; expresse legimus in libro antiquissimo Raja Mehimna (49) חשמלים אינון חיון אשה עתים חשים עתים ממללות ואינון דחשות לקתרי תורה בזמנא דרבור נפיק מפני הבורא איהו

B
(43) Ex Psalm. citato. 68. 5. (44) Ps. 68. v. 5. (45) Deut. 33. 26. Ps. 68. 34. (46) Ps. 18. 12. (47) Dan. 2. 22. (48) Ezech. 1. 27. etc. (49) Inter ejus libri excerpta ad Sohar supr Num. & Parasc. Pinchasi col. 420.

אִיהוּ חֲשִׁיב לְגַבְיֵיהוּ כְּאִלוּ מִקְבְּלֵי אֹרִיתָא וְכֹמֵנָא
 דְּאִמֵּר אִיהוּ אֲנִכִי לֹא אֲשַׁמַּע קִלָּא וְלֹא דְכוּרָא אַחְרָא
 מִפּוֹמִיָּה דְחִיָּה אֲלֵא דִילִיָּה וּבְגוֹנָנָא דֵּא כֵּד דְכוּרָא דֵּא נִפְיָא
 דְקִרְוֵשׁ בְּרוּךְ הוּא חַיּוֹת אֲשֵׁי חֲשׁוֹת וְכֹמֵנָא דְשִׁתִּיק חַיּוֹת אֲשֵׁי
 מִמְלֻלוֹת הֵוָּא דְאִמֵּר וְכֵל הָעַם רֹאִיִּם אֵת הַקּוֹלוֹת
 וְאֵת הַלְּפִידִים. קִלְקֵן דְּחִיּוֹן דְּהוּוּ שְׂאֵגוֹן וְאֵת הַלְּפִידִים דְּהוּוּ
 גִּזְקִין בְּרִבִּיר בְּחִיּוֹן בְּכִמָּה מִיָּנִי נִגּוֹן קִדְּם מִלְּכָא וְאֵלִין אִינוּן
 חֲשׁוֹת לְסַתְרֵי תוֹרָה אִינוּן בְּרִיּוּקְנִין דְּחִיּוֹן. (Angeli apud Ezechielem
memorati) Chaschmalim dicti, animalia ignea sunt, quae jam loquuntur,
 jam silent. Silebant illa ad mysteria legis; quando enim vox prodi-
 bat ab ore DEI (legem promulgantis) visum est ipsis, quasi eam sibi re-
 ciperent. Cum dicebat Ego (Dominus DEus tuus etc. nullius horum
 vox exaudiebatur, sed solius DEI. Ita DEo loquente animalia haec
 ignea tacebant. Quando iterum se continuit vox DEI, tum illa vi-
 cisim loquebantur. S. S. E. (50) Et universus populus videbat voces ac
 lampadas. Voces puta animalium rugientium,* ac lampadas exeun-
 tes in loquela animalium (facto concentu) ex diversissima musices har-
 monia (51) coram Rege. (ut dictum igitur) silebant ad mysteria legis,
 erantq; animalibus similia. Cum his connectendus quoq; vi-
 detur locus alius (52) huic omnino geminus חַיּוֹת מִמְלֻלוֹת
 אֲשֵׁי מִמְלֻלוֹת בְּמַתְנִיתָא תְּנָא עֲתִיבֵי חֲשׁוֹת עֲתִיבֵי מִמְלֻלוֹת
 בְּשַׁעָּה שֶׁהַדְּבֹר יוֹצֵא מִפִּי הַקֶּבֶה חֲשׁוֹת וּבְשַׁעָּה שֶׁאִין הַדְּבֹר
 יוֹצֵא מִפִּי הַקֶּבֶה מִמְלֻלוֹת וְכוּלּוֹ תּוֹסְפוֹת חַיּוֹת אֲשֵׁי כְּשֶׁהֵן
 מִמְלֻלוֹת אֲשֵׁי יוֹצֵא מִדְּבִירוֹ: Chaschmal quid denotat? Resp. ani-
 malia ignea loquentia: in Miscbna docetur, quod (hoc nomine insignian-
 tur ideo) quia interdum loquuntur, interdum silent (ex שִׁחַסִּילִית, מִלֵּל
 locutus fuit) quando loquela exit ab ore DEI silent. quando loquela non
 exit

(50) Exod. 20. 15. * Conf. Apoc. 9. ὡς περὶ λέων ἡυαῖται. (51) Conf. Ps. 68. 26. Ἐ Apoc. 14. 2. (52) Chagig. Bab. fol. 167. col. 2.

exit ab ore Dei B. loquuntur. In Additament: animalia (haec) ideo ignea (ad-
 pellantur quia) quando loquuntur, prodit ignis ex loquela illorum. In-
 super & hoc observatione dignum, Magistros ubi pariter
 de exhibitione legis differunt, quam conjungere solent cum
 visionibus Ezechielis ob eandem gloriae divinae apparitionem
 apud Prophetam hunc, & Mosen, notanter vocare an-
 gelos tum praesentes גְּבוּרִין נְמוּסִי (53) quasi diceret ἰξασίας νομι-
 κὰς uti Apostolus (54) magistratus nominat ἰξασίας ὑπερεχούσους
 quod Syrus vertit שׁוֹרְטָנָא רְבִיבֹתָא, qua similiter ἰξασίας ad-
 pellatione idem Apostolus etiam utitur alibi (55) de Angelis,
 quorum ministerium ac officia in solenni celeberrimae hu-
 jus legis promulgatione nec ipse praeterit, dum testatur ad
 Galatas (56) esse τὸν νόμον διαταγέυθαι διαγγέλων ἐν χριστῷ ἡσπῆσα.
 Commodum haec in mentem incidit, quod svadent Judaeo-
 rum Doctores quando de loco caelorum aravos agunt: (57)

עַד כַּאֵן יֵשׁ לְךָ רְשׁוֹת לְדַבֵּר מִכַּאֵן וְאֵילֶךְ אִין לְךָ רְשׁוֹת לְדַבֵּר
 de mansionibus caeli usq; ad banc, quam suprema contiguam ferunt, te
 fermocinari fas est, ad ulteriora sermonem extendere nefas. Huic
 admonitioni prono animo morem gerens, quod faciebant
 Israelitae ad montem Sinai, intra cancellos eorum quae stri-
 ctim ac leviter de divina gloria ac ejusdem Angelorum
 choris jam allata sunt, profanus ego religiosè me contine-
 bo; (58) hoc unico tamen problemate prius ad deliberan-
 dum proposito, annon scilicet verosimile fiat ex parallelis-
 mo locorum quorundam Scripturae, in eadem vel haud mul-
 tum

B2

tum

(53) Sohar in Exod. col. 144. (54) Rom. 13. v. 1. (55) Coloss. 1. 16.
 (56) Gal. 3. 19. Et Stephanus in Actis c. 7. v. 38. 53. (57) Chagig. fol.
 166. col. 2. (58) Consuli potest si placet de argumento hoc crud. liber
 Bes Elohim dictus, ante aliquot annos Amstelodami editus ap. Beneveni-
 sti ubi hoc ejusdem auctor pluribus persequitur in Tractatu ejusdem s.
 cap. 14. col. 53.

felicissime nobis explicare quid sibi velint voces hæ, dum illas certis Angelorum ordinibus qui thronum divinæ gloriæ in Sinai circumdabant, eidem insidentem *δοξολογίας* ac *ευχολογίας* celebrantium, *διαταγή τῶ ὄντων* quibusvis modis inservientium, ætumnq̄ promulgatæ legis hisce suis *ἠῆμασι* vel vocibus, solennem ac festum reddentium, adscribunt. Illud enim ex diligenti collatione locorum scripturæ, in quibus augustior aliqua & magis conspicua *τῆς δόξης τῶ θεῶ ἐπιφάνεια* sanctis oblata commemoratur, in proclivi est observare, quod Angelorum *vel simpliciter vocum loquentium*, ut plurimum simul injiciatur mentio. Testis in hanc rem locupletissimus est liber Apocalypseos, in quo perpetuo introducuntur Angeli, throni divini apparitores ac quasi *δορυφόροι* (si fas sit tam inconvenienter loqui, ac *κλητήρες*) jam *insidentem solio* votivis acclamationibus, *novis hymnis ac Hallelujah* prosequentes (71) jam alios ad ipsius timorem (72) ac laudem exhortantes; jam bona nunciantes (73) jam interitum improborum. (74) jam ob regni Messiæ amplificationem triumphantes; (75) jam præcepta Domini exequentes; (76) de *Seraphim* paria narrat Esaias (77) ubi gloria Domini eidem apparet. De *Cherubim* quoq̄ Scriptores judæorum mystici (78) iis gemina referunt. Hoc vero ad oculum ut clarius ac uberius demonstretur, non abs re erit ex Mose, Ezechiele inprimis inter Prophetas, ac Johanne, brevem rerum ac verborum ad argumentum in quo versamur singulariter collineantium instituere parallelismum. Evolvatur itaq̄ primò ejusdem Apocalypseos libri caput quartum, in quo gloria divina non aliter ac in scena repræsentatur,

quædam
71) Apoc. 7. 11. c. 19. 6. c. 16. 5. c. 14. 2. 72) *ib.* cap. 14. 7. 73) *ib.*
vers. 9. c. 19. 5. 74) *ib.* v. 8. 75) c. 9. 15. 76) C. 16. v. 17. 18. 77) C.
6. 3. & Job. 12. 41. 78) *Sobar in Levit col. 105.*

quædam quasi cœlestis curia panditur, processuum deniq̄ in sequentibus exactorum, ut ita dicam, primum videtur aperiri velut quædam porta.

I. Loca parallela de fulguribus, vocibus, tubis ac lampadibus.

Apoc. IV. v. 1. *Postea vidi & ecce, ostium erat apertum in cælo, & vox prima quam audiveram tanquam tube loquentis mecum etc. v. 5. Prodebant autem ex illo throno fulgura & tonitrua & voces & septem lampades igneæ ardentes ante thronum, quæ sunt septem Spiritus DEI.*

Conf. Exod. 19. 16. *Et fuit die tertio, cum cœpisset mane, ut essent soni & fulgura & nubes dense super illum montem, sonitusq̄ tubæ vehemens valdè. & Cap. 20. 15. Et universus populus videbat voces & lampadas & sonum buccinæ & montem fumantem.*

II. Prædicari de illis videndi vocabulum.

Apoc. 5. 11. *Et vidi & audivi vocem Angelorum multorum in circuitu throni, etc.*

Exod. 20. 15. *Et universus populus videbat voces & lampadas & sonum buccinæ.*

III. Voces fuisse articulatas.

Apoc. 10. 3. 4. *(Angelus ille robustus) clamavit voce magna, sicut leo rugit (79) & cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua, voces suas & cum locuta fuissent septem tonitrua voces suas, ego scripturus eram etc.*

C. 11. 15. *Ac septimus angelus clauxit, & factæ sunt voces magnæ in cælo dicentes facta sunt regna mundi etc. Conf. Cap. 4. lib. supra alleg. Ps. 68. 12. Dominus dabit sermonem nunciantium exercitum magnum, Conf. Es. 6. 3. & 40. 6. Vox clamans vel clamantis, uti Job. 1. 23.*

IV. Inter-

(79) *vid. supra de Chasmalim.*

IV. Interdum sono aquarum multarum ac tumultui etc. fuisse similes.

Apoc. 14. 2. 3. Et audiui vocem e caelo tanquam vocem aquarum multarum. Et tanquam sonum tonitruu magni, Et vocem audiui citharædorum (80) pulsantium citharas suas, Et qui canebant quasi canticum novum ante thronum etc.

C. 19. 6. Et audiui tanquam sonitum turbae multa, Et tanquam sonitum aquarum multarum, Et tanquam sonitum tonitruorum vehementium dicentium, Hallelu: JAH. quoniam regnum iniiit Dominus DEus ille noster omnipotens.

Conf. Ezech. 1. 24. Et audiebam sonum alarum ipsorum quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum omnipotentis, euntibus illis, sonum conflictus (81) (המלה) quasi sonum exercitus. Conf. cap. 10. vers. 5.

Sic, ut supra propositum, ubi de adventu suo ad iudicium suos instruit Messias, quando se comitatum omnibus sanctis Angelis suis, super throno gloriae sessurum ait, Tuba quoque et vocis magnæ quæ tum undiquaque personabunt, non dememinit; ita namque habentur ipsius verba (82) *Et tunc sub consummationem mundi (conspicietur signum + filii hominis in caelo, Et tunc plangent omnes generationes terræ, Et videbunt filium hominis venientem super nubes caeli cum Virtute Et gloria magna. Et mittet angelos suos cum tuba magna, Et congregabunt electos ejus à quatuor ventis, à summitate caelorum usque ad summitatem illorum. Pariter Paulus (83) Ipse Dominus cum hortationis clamore cum voce Archangeli Et cum DEI tuba, descendet e caelo.*

Ex

(80) *Conf. iter. de Chaschmalim. (81) B. Melech. ad loc. eund. ait המלה idem valere ac verbum. (82) Matth. 24. 30. 31. (83) 1. Thess. 4. 16. Conf. Es. 66. 18. 19.*

Indignum foret per indiligentiam ex occasione data heic non indicare, etsi ab argumento hoc nostro forte alienū, quod etiam vetusta inter Judæos circumlata sit traditio ipsorum hypothesibus nixa, de peculiari quodam signo caelesti praecessuro, & praesignaturo praesentiam ipsius adventus: Quid illud sit, docetur in Sohare super Genesim Col. 214. in hunc modum. *האי קשה דאחזוי בעלמא ברזא עלאה קיימא וכד יפקון ישראל מגלותא זמינא האי קשה לאתקשטא בגונוי ככלה דא דמתקשטא לבעלה אמר לו ההוא יוראי כד אמר לו אבא כד הוה מסתלק מעלמא לא הצפה לרגלא דמשיחא עד דתחזוי האי קשה בעלמא מתקשטא בגונוי נהירין ויתנהיר עלמא וכדין צפי ליה למשיח מנלן דכתיב וראיתיה לזכור ברית עולם והשתא דאחזוי בגונוי השוכן מתחזייה אכל בהוא זמנא תחזו והשתא דאחזוי ומתקשטא בהקונה *b. e. Arcus ille qui in mundo conspicitur in (signum) mysterii singularis divini consistit. Quando Israelitæ exituri erunt ab exilio, tum arcus (iris) hic diversis coloribus exornabitur sponse instar, quæ se comit (in occursum) sui sponsi. Ad hæc Judæus quidam se audivisse (retulit) à patre suo, paulo antequam ille ex mundo emigraret (hoc memorabile valedictionis uru: o: uer:) Tu non debes prospectare pedes Messie prius, quam videris iridem exornatam coloribus lucidissimis, mundumque collustrantibus. Quando id vides, tum opportunum erit, prestolari adventum Messie. Scriptum enim est Gen. 9. 8. * Illam (intuebor) Et reminiscar fæderis perpetui. Nostro hoc tempore quando apparet, non fit nisi in coloribus obscuris: tum vero in rutilantibus, ita ut secundum singula (elegantia) sua requisita conspicua evadet.**

Ex hisce satis elucescere puto, primò unde ortæ sint voces, de quibus disputamus; saltim sententiam vero, in tan-

C

tum esse similem probavimus, quantam prima fronte probalitatē speciem præfert altera, quæ cum tubæ sono, à quō tamen à Mosē separantur, illas easdem facit. Cujusmodi autem fuerint, tacente Scriptura, dici nequit: interea tamen juvabit annotasse adpellari, à Psalmista (84) ubi de miraculosa legis exhibitione ad literam agit: *Nunciantes*: אמרי יתן אמר המכשרות צבארב *dabit (inquit) Dominus sermonem, sermonem nunciantium exercitum magnum*, ubi nos participium מכשרות vi eorum quæ dicta sunt, rectissime supplendum existimamus per קולות voces hæc apud Mosē. Etsi minimè adversaremur illis, qui respectu sensus reconditi, quō digitus simul intenditur apud Psalmistam ad primam Pentecosten nōvi fœderis, huic Veteri Testamento succedentem ac correspondentem, quando in adventu Sanctissimi Spiritus conspectæ sunt γλωσσαι ὡσεὶ πυρός super Apostolos (85) לשונות substituere vellent; Hoc enim pacto cum sensu literalis ac historicus per קולות, tum respectivus, ut ita loquar, illustraretur uterq; magis. Voces ergo nunciantes fuisse diximus, quod confirmat Apostolus ad Hebræos (86) quando τὴν σάλπιγγα ἤχον, ὡς φωνῆς ῥημάτων ut duo diversa verbis perspicuis disjungit. Et siquidem exprimere nescimus particularius cujusmodi fuerint, liceat cum eodem Apostolo (87) ad tertium cælum ac paradysum erepto, interea illas vocare ἀρρητὰ ῥήματα ἃ ἂν ἐξῆν ἀνθρώπου λαλήσαι. Quantum porro ad illud attinet, quod voces hæc visas fuisse unā cum lampadibus scribat Mosēs, simpliciter credimus, illud dictum esse secundum conceptum Israelitarum, Angelos ac Spiritus Dei in forma lampadum ignisq; flamman- tis quemadmodum eos alibi (88) describit Historia sacra, actus.

84) Ps. 68. 12. 85) Act. 2. 3. 86) Hebr. 12. 9. 87) 2. Cor. 12. 4.
88) Apoc. 4. 5. Ps. 104. 4. Conf. More Nevochim pars. 2. c. 6.

actus hujus præcones adspicientium, voces jam dictas proclamantes; & sic tropus vix haberet locum. Paratissimi interea sumus ad recipiendam circa hoc ipsum sententiam aliam, dum modo producitur talis, quæ scripturæ magis analogæ probetur ac convenientior. Superest nunc agendum de Voce ipsius Dei, qua Decalogi verba elocutus fuit, ubi nos expediemus brevioribus. Mirabilia profectò sunt, quæ Hebræorum nonnulli de verbis illis Domini referunt, ni potius dicam fabulantur. Neq; enim in visum duntaxat etiam illa incucurrisse, quod tamen non legitur apud Mosē, affirmare non dubitant; sed & ita de iisdem disserunt, quasi vivæ substantiæ fuissent, quæ à Dei loquentis sanctissimo ore egressa, virtute propria tabulis sese insculpsissent. Audiatur inter hujus assertionis patronos unus præ cæteris, videlicet insolens ille Paraphrastes Pseudo Jonathan ad initium capitis 20. Exod. ומליל י' ית כל דבירוא האלון לסימרי דבירוא קדמאה כד הוה נפק מן פומ קורשא יהי שמיח מברך הי כווקין והי כברקין והי כשלהובין דינור למפר דינור מן ימיניה ולמפר דאישא מן שמאליה פרו ומייס באורי שמיח וחוי ומתחסי על משירייהון דישראל וחור ומתחקק על לחוי קיימא דהון והיבין בכף ידיו דמשה ומת הפוך בהון מן סטר לסטר ובכין צווח ואמר וגומר *Et locutus est Dominus omnia hæc verba dicendo: Verbum primum quando prodiit ab ore Sancto, sit nomen illius, benedictum! fuit illud simile scintillis, fulguribus ac flammis ignis. Erat lampas ardens à dextra ejus, lampas (pariter) ignea à Sinistra ipsius. Exiit evolavitq; in aërem, post id reversum, conspiciebatur super castra Israhelitarum. Dehinc reversum, insculpebatur super tabulas fœderis, quæ erant tradita in manus Mosi. In his convertebat se ex uno in alterum latus Proclamavit (Dominus) & dixit etc.* Tantundem habet de præcepto secundo. Premunt huic Paraphra-

stæ pollicem Doctores magni nominis inter Judæos (89) quæ nos, si concedere nolint improprie esse exponenda, vel secundum sensum quorundam locorum Scripturæ (90) ubi de verbo DEi sic fermè prædicatur, quemadmodum Philonem disputantem mox audiemus *ὅτι ὅσα ἐὰν λέγῃ ὁ Θεὸς ἐν ἡμῶν τῆσιν ἀλλ' ἐγγύα*, velut paradoxa iisdem solvenda relinquemus. Et bene quidem res habet: nam *יְהוָה* h. e. Thisbi dum veniet, enodabit quæstiones ac dubia in quibus, ipsi se extricare nequeunt. Scilicet! Quantum autem, subodorari licet, procul dubio hauserunt opinionem hanc, ex istiusmodi Prophetiis locutionibus, in quibus dicitur *fumus ascendere in ira DEi, ac ignis ab ore eius comedens* (91) de qualibus dignus est qui legatur Maimonides in eruditissimo suo opere *More Nevochim*, ubi de his ipsis, iisdemq; similibus formulis aliis ex professo tractat (92) Sententiam longe aliam de *Voce DEi* loquentis in Sinai, habet Philo in libro suo de Decalogo; cui & nos eatenus accedimus, quatenus illa veritati historię & rationi sanæ conformior est; fatentes interea nos non intelligere, nedum proprie exprimere posse quomodo DEus qui Spiritus est, vocem dicatur emittere; proderit proinde audire eundem ratiocinantem, etsi verbis diffusiores. (93) *Quæres (inquit) num ipse (DEus) vocem mittens? absit ut in mentem nostram descendat hæc cogitatio. Nec enim more hominum DEus habet opus ore, lingua & arteriis: sed opinor cum illo tempore sacrum quoddam edidisse miraculum, iussissetq; vocem invisibilem prodire ex aëre, quovis instrumento absolutiorem sonantioremq; non inanem nec tamen profectam ex corpore animato, qualis est animalium,*

89) Vid. Sobar ad Parasc. Exod. Jetro & quadantenus Talmudiste in Skekalim Jeruschalm. fol. 184. col. 1. 90) Ps. 33. 9. Hebr. 4. 12. 91) Ps. 18. 9. in cuius citatis verbis de legis promulgatione agi docent Magistri in Sobare super Exod. col. 183. 92) Part. 2. c. 29. 93) p. 748.

malium, sed animam rationalem disertè sonoram: qua pulsato aëre, formatq; in flammæ speciem spiritu quodam instar tubæ, articulatè ab omnibus exaudiretur, vel propè vel longius distantibus. Hominum enim voces in longum extente solent deficere, ut à procul stantibus percipi clarè nequeant, hebetatæ paulatim medio spatio, ut profectæ ab instrumentis corruptilibus, hanc autem vocem novam & mirificam inspirabat DEi virtus vegetabatq;: Et diffundens eam per omnia, pulsabat alium quoq; auditum, præstantiorem quam aurium, videlicet tangens singulorum animos. Sensus enim cum sit tardior, nil movetur, donec percellatur à motu aëris: At mens afflata numine, ultro procurrat præceptis ejus obviam. Et paulo post, idem (94) Tum vox è medio flammæ superne ruentis horrendum insonuit, diserta & articulata, juxta communem captum auditorii, tam manifestè se ingerens, ut videre magis quam audire se putarent: sicut in lege ipsa scriptum legitur. (95) Universus populus videbat vocem apertissimè: Humana enim vox auditu divina visu percipitur. Quare? quia quæcumque DEus dicit, non verba sunt, sed opera, quorum Judicium non est tam penes aures, quam penes oculos. Siquidem pro dignitate rei dicitur è flamma vox procedere, hætenus Philo. Quæ de vocibus disputata sufficere possunt. Antequam vero transitioni huic finem imponimus, necessum erit ex Maimonide particularia quædam excerpere, quæ ad idem hoc argumentum collimant. (96) Videtur mihi (inquit) ex iis quæ de hac statione in monte Sinai reperiuntur, colligi posse, non omnia quæ ad Mosem pervenerunt, ad totum populum Israelis pervenisse; sed sermonem à Mose solo perceptum esse. Hinc concepta est enarratio decem præceptorum in numero singulari abstracto. Moses autem p. m. descendit ad radices montis & indicavit populo, quod audivit. Quod scriptum est in lege, ut audiat populus dum loquar tecum etc. (97) id docet nos, quod

C3

94) p. 750. 95) Exod. 20. 15. 96) More Nevochim c. 33. part. 2. ex vers. Clar. Buxtorfi. 97) Exod. 19. 19. sermo

sermo habitus fuerit solum ad Moſen, & quod illi (Iſraelita) vocem quidem illam robustam audiverint, ſed non diſtinctionem verborum. De auditu enim vocis illius dicitur: Quando audiviſſetis vocem (98) ſc: ſonum verborum vos audiebatis. Non verò dicitur: Verba vos auditiſ. Atq; ita quicquid de auditu verborum quoq; dicitur, de vocis ſive ſoni auditu eſt intelligendum. Moſes vero verba diſtinctè audivit & illa iſtis enarravit, prout tum ex legis tum ex ſapientum noſtrorum verbis liquet. Porro colligi poteſt, quod totus populus Iſraeliticus in illa ſtatione non niſi unam vocem, unâ vice audiverint, hoc videlicet dictum, quod Moſes & totus populus apprehendit, Ego ſum etc. & Non habebis DEos alios-Primum quod poſt hanc auditionem vocis commemoratur eſt Timor & pavor ille magnus, quapropter negotium iſtud conſternati fuerunt-Venit itaq; ſecundò (Moſes) ad DEum & ordine reliqua quoq; verba (b. e. præcepta) accepit, ac ad pedem montis deſcendit, illaq; populo recitavit-Vocem (ergo) Domini creatam quâ ſermo iſtius perceptus fuit, non niſi unica vice audiverunt. Et tantum de vocibus.

CAP. III.

De Tabulis legis in ſpecie.

Membr. I. de earundem materia ac forma Naturali.

Solent illuſtriſſimæ illæ Tabulæ in quibus præcipua ſœderis puncta cum Iſraelitis initi, conſignavit Dominus, adpellationis ratione tripliciter efferri in Scriptura: nunc enim vocantur לוחות העדות vel לוחות עדה h. e. Tabulæ testimoniſ (1) nunc עדה absolute (2) nunc לוחות אבן & אבנים h. e. tabulæ lapideæ (3) Poſtremahæc denominatio à materia deſumpta, ducit quoq; in penitiorem conceptum ac ideam

98) Deut. 5. 23. ib. 4. 12. 1) Exod. 31. 18. 2) Exod. 25. 16. 3) Exod. 31. 18. 6. 34. 1. etc.

ideam de harunce lapidum-forma in tabulas edolatorum quod nimirum vel planorum inſtar aſſerum fuerint, quibus quid inſcribi, moris eſt; ſuffragante ſignificatione vocis לוח Arabicâ; vel ejuſmodi Tabularum quibus vel cavitates obſtruuntur, vel arcæ ac reſoſitoria aut aperiuntur aut occluduntur; adſtipulante analogia vetuſtiſſimorum vocabulorum Svecanorum Lucca apter (4) (hodie til Lucca) claudere, & Lucca up aperire, unde nomen Lucca Tabula Hebraico לוח ex aſſe reſpondens, quod ut generale, reſtringitur poſtea ad ſpecialia per compositionem e. g. Fenſter Lucca/tabula qua claudi ſolet fenestra. Keller Lucca quâ contegitur oſtium cellæ. Intermedia ערה videtur vel ἔροχος, vel ἰδρυματιῶς uſurpari, ut ſub intelligatur correlativum לוחות ſecundum Ellipſin frequentiſſimam in re per ſe facile perſpicuâ, Hujus pariter & primæ ac plenioris denominationis rationem, inde omnino petitam eſſe liquet, quod continerent hæ tabulæ testimoniſ, vel teſtatiffimam per ſequentia ſecula ac generationes memoriſ illius ut ita dicam capitulationis vel præcipuorum ex illis articulorum, quibus religioſè ac perpetuo obſervandis cuſtodiendisq; à parte ſua Iſraelitæ ſeſe obligaverant, dum recipiebantur à Domino in ſœdus. Hæc mens eſt Judæorum, quando tabulas hæce alias שטר חוב h. e. Chirographi ſcripti, ſubſcripti ac teſtibus obſignati; aliâs שטר כהובה h. e. inſtrumenti dotalis nomine inſigniunt (5) intuitu haud dubie quorundam locorum ſcripturæ (6) in quibus deſponſationis inter DEum ac Eccleſiam Iſraelis mentio fit, quam lege ceu dote interveniente οὐ ἀνάγκη/ζωτες ad verba Moſis (7) Legem præcepit

4) Vid. Verel. Lexicon Scandic. in hæc radice. 5) Vid. Commentatores ad Bibl. Buxtorf. & Exod. 25. ac 34. Theſ. Philolog. Hotting. lib. 2. c. 3. 6) Vid. Hoſ. 2. & Ezech. 16. confer. Sobar paſſim 7) Deut. 33. 4.

pit nobis Moses מורשה hæreditariam , (illi per מאורסה de-
sponsatam, explicant) confirmam scribunt (8)

§. II.

De numero Tabularum, Scripturâ illas binas tantum-
modo fuisse toties contestante , nulla apud nos est contro-
versia. Incertum unde finxerint interpretes quidam Alco-
rani, septem eas fuisse aut decem (9) Verum sicut prius illud
cuius est obvium; sic quæstio eò impeditior ventilari so-
let inter Magistros, quando primum exstiterint , & ex quo
lapidis genere fabricatæ sint. Nos heic consultissimum ef-
se putamus , plerasq; opiniones quæ quæstionem hanc at-
tingunt, uno quasi intuitu (quod & in sequentibus faciemus)
legendas exhibere, quò factò, nostram post id sententiam li-
berè & breviter expromemus. Congeruntur autem ple-
ræq; in nominatissimo libro Sohare majore (10) unde quæ-
dam huc pertinentia strictim excerpta conjiçiemus: sic itaq;

אמר רבי חייא לוחין מאבן סנפירינן הוּו רבי יצחק
אמר שלסנפירינן הוּו ותרין אבנים הוּו ואבנין הוּו סתימאן
נשיב קכה ברוחא ואתפשטו ואתגליפו הרין לוחין. רבי יהודה
אמר כעין סנפירינן הוּו דהוא אבן סב משמע דכתיב מעשה
אלהים המה אמר ליה אי הכי סנפירינן דא הוא אבנא טבא
יקרא משאר אבנין לאו עבדא דקבה אינון? אמר ליה כמאי
אוקימנא מעשה אלהים המה: המה דייקא אמר לו תא חזי כתיב
והלוחות מעשה אלהים: הלוחות כתיב ולא כתיב ואבנים
מעשה אלהים המה? אמר רבי שמעון כלא חד הוא אבל
R. Chajab ait: אלוין תרין לוחין ער לא אתברי עלמא הוּו וכולו

Materia

8) Sanhed. fol. III. col. 3. 9) Vid. Nov. versio. germ. p. 720. ad surat
7. in qua legem apud Sinai latam suis in memoriam revocat impostor.
10) Sohar in Exod. col. 150.

Materia Tabularum legis erat lapis Sapphirus. R. Jizchak tradidit
similiter ex Sapphiro illas fuisse elaboratas, ac duobus lapidibus consti-
tisse: sed qui (primum) invicem cohaeserunt; DEum B. vero (illis) in-
sufflasse spiritu (vel vento) unde divulsi, & consequenter in figuram
Tabularum edolati sint. R. Judah docuit illas Sapphiri (lapidis) dun-
taxat habuisse similitudinem. Lapis hicce eximius est, quod (proprie)
indicatur verbis: Opus DEi erant (11) Obj. Si materia illarum fuerit
Sapphirus, qui la; omnes alios præcellit bonitate ac precio, non dici
possunt simpliciter fuisse opus novum (à DEo B.) in illo temporis arti-
culo confectum: quomodo igitur interpretamur verba hæc: opus DEi?
Resp. probe esse notandum scribi illos (quales jam tum edolati in tabu-
las visebantur) opus DEi. Ita est (reponit alter & discitur hoc ex Tex-
tu: Et Tabula erant opus DEi. De lapidibus (ut materia Tabularum)
(hoc singulariter) non refertur. ad hæc R. Schimeon: Utrumq; inquit cum
Tabula nimirum quâ formam, tum lapides, qua materiam in eo (unum
erant) quod DEum ambo habuerint opificem. Verum (hoc tenendum)
quod Tabula hæc extiterint ab ipsa creatione mundi. Nam pridie Sab-
batbi (h. e. die sexto creationis) producti sunt (lapides) & à
DEo postea in tabulas formati, unde etiam ipsius opus erant. Ex quâ
verò materia conditi? Resp. sic traditio habet, confectas eas fuisse
ex rore illo superno, qui emanat ab antiquo sancto. Ros hic dum defluendo protractus fuit ad
agrum pomorum sanctorum, sustulit ex eo DEus B. duas pruine (gut-
tas) quæ deinde congelata obrigescebant in duos lapides preciosissimos.
Hinc cum (DEus) in eos insufflasset, explicati sunt in duas tabulas.
Estq; hoc quod dicitur: opus DEi erant ille. Ad locum hunc tria
nobis peculiariter monenda sunt. 1. quod lapidem Sap-
phirum attinet, ex quo tabulas exsculptas fuisse heic augu-
rantur Magistri, exprimere satis clarè Epiphanium unde

D

hæc

11) Idem dicunt R. S. Jarchi & Ab. Esra ad hæc Exodi verba conf.
Schekalim Jerusc. fol. 184. col. 1.

hæc conjectura desumpta sit, dum sic loquitur (12) γέγεγαπτασ
 δε καὶ ἐν τῷ νόμῳ, τὴν τῷ Μωσὶ ὁφθεῖσαν ὀπτασίαν ἐν τῷ ὄρει, καὶ δε-
 θεῖσαν νομοθεσίαν, ἐπὶ λίθῳ σαπφείῳ πεποιημένην λέγειναι. Et scriptura
 autem est in lege, visionem quæ apparuit Mosi in monte, & latam le-
 gem in lapide Sapphiro expressam fuisse. Ad quæ sic Braunius (13)
 forte respexit ad Exod. cap. 24. sed ibi nihil aliud dicitur, ni-
 si quod folium Dei fuerit instar Sapphiri, non quod tali lapidi
 lex fuerit inscripta hæc ille. Nimis igitur hic traditioni vel au-
 ditiunculæ credulus fuit Epiphanius, quod in similibus in eo
 animadvertunt eruditi (14) nos quidem huic traditioni fi-
 dem non habemus. 2. Quod vespera primi Sabbathi crea-
 tionis, productæ sint hæc Tabulæ παραδόσῳ esse Talmu-
 dicam, quæ extat in Pirke Avot, sive capitulis patrum in
 hunc modum: (15) עשרה הדברות נבראו בערב שכח
 בין השמשות ואילו הן וכולו הכח והמכתב והלוחות וכולו
 Decem res creatae fuerunt in vespera Sabbathi, inter vespervas, (h. e. in-
 ter meridiem & solis occasum) & sunt istæ etc. Et scriptura legis, &
 Scriptura (quæ erat in Tabulis decalogi & Tabule etc. ad quæ Maimo-
 nides in Commentario: Ne dixeris, quandoquidem omnia miracula in-
 dita sunt primis omnium rerum causis inde à creationis principio (16)
 quare hæc decem res in specie memorantur? Respondeo, has decem non
 ideo in specie memorarunt sapientes quasi nulla præter hæc essent mi-
 racula ipsis rerum causis indita; sed dicere volunt, quod hæc inter so-
 les tantum constituta sunt, reliqua miracula constituta sunt eò momen-
 to quo creata sunt; dixerunt e. gr. quod die secundo quo aquæ separa-
 bantur, inditum sit naturæ aquarum, ut mare Suph divideretur pro
 Mose, & Jordan pro Josua & Elia & Elisa. Die autem quarto, quo

fol

12) Ap. Braunium de vestitu. S. H. lib. 2. c. 12. 13) l. e. 14) Vid. Ca-
 faub. exercit. in Baronium XV. 7. Conf. Kortholdi Pagan. obtract. lib. 3.
 c. 9. §. 18. 15) c. 5. §. 6. 16) Confer Sebar in Exod. col. 348. ubi idem
 asseritur.

sol creatus est, natura ipsius inditum est, ut consisteret coram Josua;
 & ita de cæteris miraculis, istis decem rebus exceptis, quarum natura
 indite sunt motiones inter soles. Fagius ad l. b. ait hæc in specie ri-
 dicula, stulta & judaica videri; sed quæ certe non carent suis myste-
 riis. Tantundem ad l. h. Leusdenius. Hærent nihilomi-
 nus in paradoxis hæc explicandis Doctores inter Judæos
 præstantissimi; quid mirum itaq; si nobis quadantenus ap-
 pareant ἀνεξερεύετα. Quanquam enim inter decem illas res
 in Mischna memoratas Tabulæ priores à Deo ipso, qui natu-
 ram innovat ac convertit pro lubitu, Mosi donatæ, extraor-
 dinarium quid habere viderentur, atq; sic ex sensu Talmu-
 distarum locum invenirent inter miracula, quæ naturalem
 rerum cursum ac ordinem supergrediuntur, utpote jam
 primum oculis humanis expolitæ, hoc est, ex ipsorum mo-
 do loquendi, partim quatenus res naturales erant, refer-
 rentur in numerum eorum quæ creatæ sunt intrâ τὸ ἐξάνυ-
 ερον, partim ab iisdem exciperentur, quatenus duobus pro-
 pæmodum millenariis annorum à creatione, in lucem pro-
 ductæ, h. e. mysticè loquendo, inter duas vespervas creatæ,
 medio quasi spatio inter diem & noctem, inter creationem
 nondum consummatam, & jam jam absolutam; (17) Scrup-
 ulus tamen eximendus restaret; cur hæc præcipuè decem,
 inter soles statuerentur creatæ, & non potius ex pacto illo
 cum rerum natura ab initio, successu temporis perhiberentur
 sicut reliqua miracula extitisse. Nodum hunc nos ali-
 ter solvi non posse judicamus, quam si dicantur hæc decem
 inter vespervas creatæ ideo, quod aliquid materie (Hebræi
 id appellant שמה) prodigiosè quasi productæ continuerint.
 Priora ex pacto, ubi non tam materie quidquam, quam po-
 tius rerum innovatio quædam deprehenditur. Vix tamen

D 2

nobis

17) Vid. R. Karkas ad More Nevoch. fol. 47. col. 2. & 48. col. 1.

nobis hic satis facimus ipsis. 3. quod deniq; locutionem illam concernit: *confecta erant Tabulae ex rore supermo* etc. altioris illa indagationis est, ex secretiori Judæorum doctrina applicata, cujus arcanos recessus, utpote prægravibus admodum claustris præclusos, cum nobis nondum introspicere sit datum; illius explicationem præterimus scientes. Subjungatur placitis Magistrorum, opinio quoq; Mahumedanorum: Volunt quidam illorum Tabulas legis fuisse ex Smaragdo, alii ex ligno, sed falluntur haud dubie utriq; (18) Nobis ex hoc unico argumento, quod insigniantur titulo: opus Dei, minimè sequi vel necessariò inferri posse videtur, constituisse illas ex lapidibus tam pretiosis, tantæq; mensuræ, quantam ipsis tribuunt, vix uspiam aliàs reperiendæ. Quid enim? Nonne de iis, si vulgaris duntaxat lapidis fuissent, ac modo nobis incognitò à Deo ipso in tabulas paratæ (quo præprimis sensu nos prædicatum: *Opus DEI erant*, accipimus) eodem jure hæc verba dicerentur? Quin igitur nobis persuademus potius, nullum aliud lapidis genus in illis fuisse, quam qualis passim in monte haberi potuit copia; Quam quoq; sententiam rationibus non prorsus contemnendis tueri nos posse speramus. Primò enim maximè hoc in proclivi fuit, ut in monte saxoso, qualis erat Sinai, desumerentur ex obviis. 2. Lapidibus quibusvis nobilioribus h. e. unionibus ac margaritis, ut plurimum, distinctionis causa à vulgaribus addi in lingvâ sanctâ nomen speciei, quod heic non fit; Satis precioso suprapondio his appposito ex scriptura digiti Dei. 3. Mosen vix credibile fit, sustinuisse tabulas priores adeò precipitanter è manibus projicere ac confringere si illas materiæ respectu tam raras ac omninò inæstimabiles vidisset. 4. Eundem iisdem contractis, cum

18) Vid. Levin Werner. in *Compend. Hist. Mahumed. de Christo* p. 47.

alias ipsis similes exsculpere juberetur, acciperetq; uno die hoc mandatum, postero autem illucescente, easdem prioribus conformes deferret secum in montem, vix verosimile est, in tam singulari ac specioso lapidis genere inquirendo multum habuisse temporis, cum earundem elaboratio non momentanea esset; quis non crederet facilius eum lapides selegisse tales, quales juxta montem inveniri poterant? 5. Eundem vix ausum ex alio genere lapidis desumere posteriores, quam esse scivisset in prioribus: Nam cum illas hilce pares conficere mandaretur, cur id materiæ minus quam formæ respectu sibi injunctum judicasset? 6. Referrì ab eruditis, qui saxa montis Sinai propriis oculis curiosè perlustrarunt, lapides plerosq; quorum ibi copia, prorsus esse singulares, qui laminarum instar ac tabularum conglutinarum in quot planas partes quis voluerit, levi operâ à se invicem divelluntur, quorum etiam tenuissimis rubi figura impressa conspicitur; unde monti Sinai nomen; מנחם enim rubus: quales inde in Europam transportatos, se contemplatos fuisse narrant Doctores apud Judæos celebres, R. Ephodæus & R. Schem Tov. (19) Quod nos ut penitus nobis non cognitum, suo loco relinquimus, quid opus igitur confugere ad uniones?

§. III.

Dimensiones ac pondus Tabularum Historia equidem sacra nuspiam expresse commemorat; constans tamen inter Magistros obtinet opinio, vetusta traditione simul ac ratiocinio suffulta, quadratam formam eas gessisse. Latera illarum dimetiuntur per palmum h. e. quatuor digitorum conjunctorum latitudinem; palmis sex, unum explentibus

D3

cubitus,

19) In *Commentariis ad More Nechochim*, fol. 47. Col. 2. fol. 48. Col. 2.]

cubitum. Recordantur mensuræ illarum Talmudistæ spar-
sim (20) nos eam omnium clarissimè expositam offendimus
in Bava Bathra (21) quare illam exinde huc transponemus:
הניא ארון שעשרה משה אמתים וחצי ארכו ואמה וחצי
רחבו ואמה וחצי קומתו באמה של ו טפחים והלוחות ארכן ו
ורחבן ו ועביו ו ומנחות לארכו של ארון וכמה לוחות אובלות
בארון יב טפחים נשתייר שם ג טפחים צא מהם טפח
מחצה לכותל זה ומחצה לכותל זה נשתיירו שם שני טפחים
שבהם ספר תורה מונח שנאמר אין בארון רק שני לוחות
אכנים אשר הניח שם משה בחורב מאי אין וכו'.

*Traditio: Arca illa quam construxit Moses, habebat in longitudine
cubitos duos cum dimidio; in latitudine sesquicubitum, in altitudine
pariter sesquicubitum. Cubitos (heic intelligimus tales) qui sex pal-
mos continent (horum in sacris usus, erat alias mensura cubitalis quin-
que palmorum) Tabula legis longæ erant palmos sex, totidem quoq; la-
te. (Mirum qua auctoritate nixus R. Aben Ezra ad Exod. 32. ipsis
tribuere audeat in latitudine sesquicubitum) crassæ tres. Repositæ fu-
erunt (juxta se invicem) in arca, secundum ejus longitudinem. Quan-
tum verò spatii in illa occupabant? Resp. 12. palmos. Super sunt itaq;
tres (duo enim cubiti cum dimidio, quæ erat mensura longitudinis ar-
ca, conficiunt palmos 15.) subtrahere ex his (tribus) palmum dimidium
pro lateris (arca crassitie) ab hac parte, & tantum ab altera restabunt
palmi duo (intra cavitatem arca ad latus Tabularum) in quorum va-
cuo loco reservabatur Liber legis S. S. E. (22) in Arca nihil erat præter
duas Tabulas, quas in ea reposuerat Moses in Horeb. Quid innuunt
illæ (particulæ) nihil, præter etc. Quàm verè postrema hæc
de libro legis in arca collocato asserantur, apparebit in-
fra, ubi producentur sequentia ex hac pericope †; quod in*

20) Schekalim Jeruscal. fol. 184. col. 1. Schemot. Rabba sect. כי תשא
fol. 161. col. 1. 21) Bav. Batr. fol. 75. col. 4. 22) 1. Reg. 8. 9. † §. 3.
Memb. 2.

anteceßum monuisse, sat erit. Interim antiquam Traditi-
onem vocabulo consveto תניא indicatam, quod prius erat
fulcimentum hujus dimensionis, sic audivimus. Argumen-
tum alterum pro hac sententia stabilienda, ad minimum
speciosius figuranda colorandaq; notabamus ex ratiocinio
peti. Legitur id in Excerptis Gemaricis Libri En Jacob
(ex quo Tractatus Talmudicos in præsentī opella semper
citamus) ex Schekalim Jeruschalmi (23) nomine R. Sche-
muelis F. Nachmanidis, verbis parabolicis, cujus mentem
luculentius explanat Commentator R. Jacob A. Chaviv:
Quæ nos sic mittimus in compendium. Ex decore fuisse,
ut Tabulæ sex palmos complecterentur à quovis latere.
Supposito enim quasi apprehendisset DEUS (כביכור quod
additur in Schemot Rabb. ad l. h. Exodi, si fas sit tam pro-
fanè de DEO loqui) Tabulas Mofi tradens manu sua 2. pal-
mos ab una parte (vel ut in En Jacob: 2. palmi latuissent sub
alis Schechina) necessum fuit, ut Moses mediator populi æ-
quipatens spatium h. e. 2. palmos tenuisset quoq; a parte al-
tera. Jam si quis ἀπὸ ἀποστασίας τῆς πολιτείας τῆς Ἰσραήλ, καὶ ἐξ-
ἴσθηται τὸν δ. α. θη. ὡν τῆς ἐπαγγελίας (24) accederet בקיום ידו ומצותיה
ad implendas manus suas stabilimento legis
ac præceptorum ejus h. e. si extraneus ac gentilis quispiam
stipulatione data se obligare vellet ad servandam legem Mo-
saicam, seu quod idem est, evadere Profelytus Justitiæ, ne-
cessarius etiam fuisset locus vacuus, qualis erat hic inter-
medius inter DEUM Legislatorem ac Mosen mediatorem
2. palmorum h. e. 8. digitorum, cui ejusmodi homo sacra-
menti, ut ita dicam, præstandi causa 4. utriusq; manus digi-
tos imponere posset, atq; sic exquocunq; latere, tabulæ ar-
riperentur. Huc quadrat effatum illud ex Massek: Joma
כתר תורה מונח לכל באי עולם הרוצה ליטול יבא ויטול

Corona legis (servata) proposita est cuius venienti in mundum, qui eam capere gestit, accedat ut capiat. Tantum ex commentario R. J. Chaviv. Tabularum pondus quod spectat, unicus R. Judah quidam, in loco supra memorato ejusdem meminit. Nec ausim ego certò dicere, assentiarne ipsi annon, dum nimiam ipsis gravitatem videtur attribuere; hanc namq; in causa fuisse docet, quare è manibus Mosis pondere delassatis delapsæ atq; ita infeliciter contractæ sint. Sed desiderabunt fortassis Mathematicorum filii accuratius novisse, quodnam ponderis nomen sit, quò eas mensurat, ac quot ex eo mensuras bonus hic R. Jehudah tabulas valuisse statuatur, quò sic ex proportione gravitatis inde computata, examinent soliditatem ipsius verborum; dicam itaq;: Pondus ait fuisse 40. fathom, hoc inquam ait, nec tamen probat. Satum constat 2496. drachmis Ægyptiacis, (25) harum iterum singulæ 61. granis hordeaceis. Quanta jam gravitas? porro multa circa hanc thesin allegorica ex Judæis huc transferri possent, verum quia ad paucissimorum palatum sunt dapes hæ, refecabuntur quoad fieri potest; ne bonos hosce Magistros qui ex more antiquo, sublimiores conceptus ac ideas, quas vulgo revelare noluerunt, sub ejusmodi condimentorum externo cortice mystis suis instillare amant, videamur exponere velle ignaris, comedendos ac deridendos.

§. IV.

Hæc, quanquam scribimus, non oportet tamen prorsus negligere singularia quædam, nec non unam vel alteram *δουλέωσι*, quorum mentio passim in Judæorum scriptis occurrit, requiritq; propositus ordo, ut hoc loco breviter, & acervatim inserantur. Ajunt Mosem intra nubem ingressum,

25) Vid. Guif. Annot. ad Tract. Talmud. Peab. c. 4. §. 6.

sum, mutatâ quodammodo mortalitatis suæ conditione, *ιστάγγλον* quadantenus factum, nutritumq; fuisse ex splendore gloriæ Schechinæ. (26) Ex monte descendente priores Tabulas detulisse secum 17. d. Thammus (mensis hic ex parte respondet nostro Junio, ex parte Julio) ac die profecto; Posteriores die sancto & expiationis. (27) Literas legis sese prodidisse in duplici igne candido ac nigro, ut sic exhiberetur symbolum tam dextri lateris, quam sinistri (28) aliter: Legem datam esse in igne candido, cœlatam in nigro, adeo ut excisa sit ex (materia) ignea & data ex eadem secundum illud (29) *למִן יְהוָה אֵשׁ מִיְמִינוּ* à dextra ejus ignis statutum illis: ad cujus sensum rectè percipiendum, distingvi debere inter subjectum Scripturæ ac Scripturam ipsam. Subjectum esse lapides: Scripturam adjunctum, quæ ideo candida censetur instar flammæ commoventis sese dum adhæret carboni, quia Scriptura illuminat oculos. (30) Duas equidem numero fuisse Tabulas, apparuisse nihilominus, quasi una tantummodo (31) Cum scriptæ dicantur digito Dei, digitum h. l. unum, æquivalere decem; tot enim esse digitos utriusq; manus; poni verò digitum pro integrâ manu, secundum illud: Et vidit Israel manum illam magnam etc. (32) Expolitas fuisse tabulas operâ vermiculi Schamir. (33) Opus Dei illas appellari, quod essentia ipsarum esset naturalis, non artificialis; Omnes enim res naturales vocari

E

opus

26) Schemot. Rabb. sect. Exod. *אֵשׁ כִּי עָשׂה* in Sobare passim. 27) Tannit. Bab. c. 4. fol. 141. col. 1. *עָשׂה* 20. R. Ab. Esra ad Exod. 32. 28) Sobar in Exod. 32. 29) Deut. 33. 2. 30) Jerusc. Skekal. fol. 184. col. 1. *עָשׂה* R. J. Chaviv. ad loc. eundem. 31) Sobar in Exod. col. 150. 32) Sobar in Exod. col. 150. 33) Cl. Braunius id scribi refert in Cbolin. vid. ipsum in lib. 2. de vest. S. H. paragr. 467. fortè non habetur in Excerpt. Gemar.

opus Dei e. g. ipsi viderunt opus Domini Pf. 107. 24. quâ ratione intelligendum quoq; illud quod dicitur: *Et scriptura Scriptura Dei. sic, scripta digito Dei.* Digitum Dei hic non aliter sumi quam in illo Pf. 8. 4. *supra cœlos* (qui sunt) *opus digitorum tuorum.* De his autem cœlis constare, quod per π dicere Dei creati sint, sicut dicitur Pf. 33. 6. *Verbo Domini cœli creati sunt,* inde apparere, quod scriptura accommodet verbum dicendi ad existentiam, productionem vel creationem rei alicujus: Et essentiam vel substantiam illius rei, de qua dicitur, quod sit facta per *verbum*, dici *opus digiti*, ac proinde illud, scriptas digito Dei, idem esse quod verbo Dei; & verbo Dei, idem quod voluntate ac beneplacito Dei (34.) R. Ephodæus putat hic mentem Maimonidis esse eam, quod tabulæ in justâ sua quantitate ac qualitate cum literis inscriptis quasi aliud aliquid opus, ab ipsa creatione existens, repertæ sint in monte. R. Karkas iterum: quod scriptura miraculosô modo illis incisa sit, velut cum baculus Moïsis in momento versus fuit in serpentem etc. minimè quod exstitissent ab ipsa inde creatione, quomodo enim sic ipsis insculpi potuissent prima primi præcepti verba: *Ego Dominus Deus tuus qui te eduxi ex terra Egypti etc.* (35) & cur quælo scriptura minus innovari (התחדש) primum in actum produci potuit in prioribus, quam in posterioribus: Nos curiositati horum Magistrorum circa dubia hæc, vix satisfaciemus, cum utroq; verba ipsius capiat diversimodè, atq; secundum se quisq; eum sensisse existimet. Interea, cum modum sculpturæ ac scripturæ per digitum Dei melius intelligere nequeamus, adquiescimus haud inviti discursu quem jam adduximus ipsius Maimonidis de acceptione horum vocabulorum. (De tabulis ipsis mentem nostram aperuimus in

Thef.

Thef. 2.) negare nihilominus non possumus, quin peculiare ac extraordinarium aliquid illis indicari suspicemur, quandoquidem videmus Onkelosum Paraphrasten solertissimum alias in removenda à Deo corporeitate, de verbo tamen ad verbum reddere hæc: *Tabula lapidea scripta digito Dei* (36) quod ipse observat Maimonides; quasi Paraphrastes digitum accepisset h. l. pro instrumento aliquo creato, quovolente ita Deo, Tabulæ fuissent exaratæ, miraturq; cur non dixerit potius דבר משה בפי & verbo Domini, sicut dicitur: *Verbo Domini Cœli creati sunt:* Ad hanc nostram opinionem juvandam alius hic etiam scrupulus injici posset; an videlicet locutiones propheticæ ac figuratæ, quales ad significatum digiti explicandum ex Psalmis congeffit in supra allegatis Maimonidis, אֵלֶּיךָ מֹשֶׁה differendo, dici queant locum habere posse, in contextu Historico, qualis est hic apud Moïsem.

Membr. II.

§. I.

De forma Tabularum artificiali.

Hic primò considerandam se offert quæstio illa vexatissima de figura literarum, quibus Tabulis incisa fuit Decalogus ac descriptus à Mose liber legis. De hæc diu ac multum inter eruditos nuper elapsi seculi disputatum est, unde pleni sunt eâ omnes libri, plena tædii ac nausæ argumentorum utrinq; convectorum repetitio: Ne tamen hæc in parte manca sit Dissertatiuncula hæc, necessitas bonæ connexionis legis propemodum vim nobis imponit, ut eam attingamus saltem brevissimis. Agitur in Tra-

E 2

statu

Statu Sanhedrin (37) controversia gravis inter Doctores Talmudicos de figura literarum quibus principio data fuit lex per Mosen; ac postea solutâ captivitate Babylonica inter populum evulgata per Efram. R. Jehudah sanctus, auctor compilandi Talmudis tradit unâ cum R. Eliefare b. Parte & R. Eliezer Hammodai ibidem, legem Israelitis primitus eâ literarum figurâ esse concessam quæ אשורית Assyriaca h. e. beatissima ac decentissima * denominatur, per quam intelligit כהב הסרובע scripturam literarum quadratarum, qualibus videmus hodie codicem sacrum Hebraicum imprimi. Postquam peccaverant, conversam esse hanc ipsis in fracturam; qua phrasi oblivionem vel mutationem Scripturæ hujus priscæ, in quâ lex data fuit, significari ajunt interpretes. Cum resipiscerent tempore Efræ, restitutam iterum esse ipsis hanc priorem. Sententiæ hujus tantorum Doctorum veritatem non modo in dubium vocare sustinet Doctor quidã Gemarista Babylonicus MarSutra l. Mar Ukba, sed & eidẽ ferme contrariã effutire audet, sic enim Mar Sutra ibidẽ: In principio data est lex Israeli Scriptura Ebræa (i. e. Samaritana) & lingvâ Sanctâ: iterum data est ipsis in diebus Efræ scripturâ Assyriacâ, & lingva Aramæa. Elegerunt pro Israelitis scripturam Assyriacam & lingvam sanctam: & reliquerunt idiotis scripturam Hebræam & lingvam Aramæam. Quinam sunt Idiotæ? R. Chasda dixit, Cuthæi) h. e. Samaritani. Quænam est scriptura Ebræa? R. Chasda dixit. Libonaah. Allexit Traditionum harum utraq; pertraxitq; viros inter Christianos celeberrimi nominis in suam quæq; partem. Posteriori huic favet S. Hieronymus; propugnarunt eandem Joseph Scaliger, Casaubonus, Drusius, Capellus, Morinus etc. illiusq; causam quasi desperatam, ut-

37) Cap. 2. fol. 101. col. 3: * Cl. Surenhus. peculiarem denominationis hujus rationem adfert, ad cap. 1. Miscbn. Megilla. §. 8.

pote à Buxtorfio Jun. debellatam, ante annos aliquot Brianus Waltonus in proleg. 3. ad Biblia Polyglotta Anglic. revocavit retractavit ac strenuè agendam resumpsit. Præ-tendent maximi hi viri omnes, literas primas, quibus lex à Deo data, & à Mose in libro exarata est, fuisse hodiernas Samaritanorum; Hebræas autem quibus hodiè utimur, Assyriis olim, proprias fuisse, ac ab Esra sacerdote, prioribus abrogatis ac relictis pro Samaritanis, Assyricas Judæis postea in usurpationem esse traditas. Prioris δευτερωτος videl. R. Judæ Sancti ejusq; suffraganeorum, patronum ac vindicem se obtulit jam modo laudatus Buxtorfius Junior, Hebraizantium sui temporis Coryphæus; Qui * è contrario, argumentis validissimis, tum ex Judæis vetustioribus, Mischnicis nimirum Doctoribus, Gemaristis, auctoribus Additamentorum Talmudicorum, Geonim, Cabbalisticis; Tum Rabbinis recentioribus, consensu quoq; gnarissimorum Antiquitatum Judaicarum Christianorum Picæ Mirandulæ, Postelli, Bibliandri, Junii, Fulleri, Schickardi etc. monetis item inscriptionibus, rationibus pluribus aliis undiquaq; coacervatis, ostendit ac demonstrat masculè, hoc esse verum quod scribit R. Jacob in libro En Israel (38) כורי ערמה הודו שורחות כורי ערמה הודו וסת שכארון נכתבו באותו כתב אשורי Totum mundum fateri Tabulas & librum legis qui in arca erant, fuisse scriptura Assyriacâ; nec non R. Jom. Tov. (39) וראי אין ספק שזה הכתב הנקרא אשורי הוא כתב הקדש שבלוחות ועל שם כן נקרא קדש שון הקדש וכן לשון הקדש hoc extra controversiam esse, quod scriptura illa que Assyriaca adpellatur, sit eadem ipsa, que olim erat in tabulis, quare sancta quoq; nominatur, quemadmodum ipsa lingua. Oppositæ opinionis fautorem ex Doctoribus Mischnicis esse solum & unicum R. Josen (nam quod ad Mar Sutræ Testimonium attinet, erat ille Doctor tantum Gemaricus) pro hac vero sen-

38) ad Megillah fol. 142. col. 4. 39) fol. eod. col. 1. tentia * in Dissertat. de Genuina Hebr. liter. Antiquitate.

tentia stare tres Milchnicos supra nominatos; Et præterquam quod Canon Talmudicus in quaestionibus controversis הלכה כרובים יחיד ורובים dum opponitur inter se sententia unius & sententia plurium, decisionem fieri secundum plures; merere omnino R. Judam Sanctum, ut ex ipsius mente potius, quam ex illius R. Jose, sequatur conclusio. Efram nec potuisse Scripturam legis authenticam, à Judæis per tot secula pro tam grandi cimelio habitam, immutare, nedum abrogare; nec id eum voluisse probabile, tanto alias Zelo pro lege ac lingua correptum; imo ne ausum quidem, secundum cautelam quam legimus in Tractatu Megillah Bab. (40) כתוב אלה הספרות שאין נביא רשאי לחדש בהם רב Legem Domini ideo venire nomine (præceptorum) (41) quod nulli Prophetæ licitum sit (ne quidem quæ figuram literarum) in illa quidquam innovare. Docet insuper Buxtorfius ex Testimoniis plurimis doctissimorum Hebræorum duplicem olim habuisse Judæos scripturam sacram & profanam. Illâ fuisse scriptas à Deo Tabulas legis, librum item legis à Mose, & hanc scripturam fuisse eam ipsam quæ hodieq; est in usu & Assyriaca appellatur. Hæc scripta fuisse reliqua exemplaria legis, quæ privati quilibet sibi suisq; in usum describebant; Tum etiam in communi vita, in negotiis civilibus quibuslibet, commerciis, contractibus, monetis etc. fuisse adhibitam, & adpellari כתב עברי scripturam Hebræam, transfluvialem (de causa appellationis ambigitur) quam volunt eandem esse, quæ hodie Samaritana vocatur. Illa scripturâ, dicere quosdam fas non fuisse plebæ uti, ne quidem ad libros legis describendos: aliis verò licitum quidem fuisse, si quis voluisset; veruntamen ob singularem ejus sanctitatem & venerationem, quàm illi tribuebant, ab ejus usu absti-

abstinuisse. Efram verò, post captivitatem Babylonicam hujus Scripturæ sacræ usum, monente id quòdam Prophetâ qui cum ipsis ascenderat ex Babel, non tantum promiscuè Judæis omnibus permisisse, sed etiam publico decreto injunxisset: Ebræam autem Samaritanis ceu Apostatis, ut profanam, & in cujus exemplaria sacri codicis, plures textus corruptelæ irreplerant, reliquisset, & ex Judæorum usu sustulisset. Sufficiunt hæc ad historiam hujus controversiæ; plura videri possunt partim apud eundem Buxtorfium, ex cujus Cornucopiæ paucissima hæcce pro adversâ sententia infirmenda, & hac posteriori corroboranda depromimus, & à verbo interdum ad verbum transcribimus, partim apud alios supra nominatos. Quanquam autem specioso fati colore oculos legentis stringere videntur argumenta à parte contraria in medium producta, à quorum recensione nos heic prolixitatis vitandæ causâ supersedemus, vix tamen à nobis impetrare possumus, ut posteriorem hanc, (quæ cum auctoritate vocalium accentumq; cohæret intimè) videlicet de genuina literarum quadratarum antiquitate, quacumq; auctoritate contra posita, cum eidem semper addicti fuerimus, deserere queamus. Quid enim quæso unquam absurdius auditum, quam populum unum, ut h. l. Hebræum, indolis alias pervicacissimæ, ac ejus quod semel, tanquam à Deo acceptum arripuerat tenacissimū, ex cæca invidia ac odio usq; adeò pertinaci gētis sibi propinquæ in transversū fuisse, actū ut scripturam & literas proprias, supremi Numinis manu ac digito sanctificatas pateretur variari, abalienari, ac eandem loco, adversariorum ac hostium literaturam sibi propriam facerēt; Certè quidvis aliud, quam hoc conveniret in Judæos; ac multo minus in illorum Antitistem Efram, ut is ejus rei auctor esset. Nunquam servator alicubi

cubi (42) dixisset Jota unum aut apiculum unum (ex quibus Jod constat, unde & vis punctorum vocalium ac accentuum Hebraic: promanat) non transitura, usq; dum præterirent cælum & terra, donec omnia in lege (in cujus scriptura quadratâ hebraica litera Jod minimum elementum est, ac apiculorum in literis usus) prædicta fiant, si scriptura unquam ex literatura Samaritana, in quâ elementum Jod inter maxima est, nec apices ad quales hic respectus fit comparent, in Ebræam & transfluvialem fuisset transformata. Huc accedit, quod sic concideret magna pars Doctrinæ Cabbalisticæ. Ut ut enim (verba ferè sunt Cl. Buxtorfii) in frivolis minutiis & argutiis inveniendis ac excogitandis, nonnulli qui hõc titulõ salutantur, vanissimi sint, vix tamen credibile fit, illos tanta mysteria in literis suâ opinione humanis, gentium præsertim profanarum & sibi inimicarum quæsituros fuisse. Quin potius Cabbalisticæ omnes literas Hebraicas quadratas pro divinis & authenticis habent, quibus & Deus legem in tabulis, reliquiq; auctores facri libros ipsorum composuerunt. De literis accentibus apicibusq; testimonium insigne in hanc rem legitur in Sohare (43) ex cujus prolixo, verum dislocato transpositoque contextu nos thesi huic illud tanquam laciniam Symbolæ vel coronidis loco apponemus. חנין כתיב ויקראו בספר בתורה האלהים מפורש ושום שכל ויבנו במקרא והא אוקמו דאינון פסוקי טעמי ומסורה וכל אינון דיוקנון ורזין עלאין בלא אחסור למשה מסיני: *docuimus circa expositionem dicti: (44)* Et legerunt in libro legis divina explanatè; exponendog, sensum, dabant intelligentiam per scripturam istam. Ecce (inquit) stabilivimus

ante-

42) Matth. 5. 18. 43) in Exod. col. 368. Edit. Lublin, 44) Nehem. 8. 8. dicti hujus expositionem vidin Megillab c. 1. fol. 141. col. 4. & Nedarim. c. 4. fol. 19. col. 4.

antehæ mysterium, quod nimirum interdistingtio versuum codicis Hebraici per accentus, unà cum Masora, cæterisq; figuris (literarum) ac mysteriis supernis, quod (inquam) omnia hæc tradita fuerint Mosi ex Sinai. Imprimis cum hæc particulâ conferri merentur ea quæ occurrunt statim ab initio hujus Libri (45) cui magnam auctoritatem utriusq; partis ac sententiæ defensores in hoc momento tribuunt, ubi literarum ac vocalium, quales hodiè in Bibliis Hebraicis conspiciamus, tam propinqua cognatio ex comparatione adstruitur, qualis est ea inter animam & corpus. Locus sic habet: כגוונא דהנועי דמנגני ובניגונא דלהון אזלן אבתרייהו אתוון ונקודי ואחנענען אבתרייהו וכחילין בחר מלכיהון גופא אחוין ורוחא נקודי כלהון נטלו במטלנו בחר הנועי וקיימי בקיומיהו כד נגונא דטעמי נטלו נטילי אתוון ונקודי אבתרייהו וכד איהו פסיק אינון לא נטלון וקיימין בקיומיהו Et erudientes splendebunt etc. ad modum motionum (per quas contextus requirit omninò ut h. l. significentur accentus, quod vulgariter verteremus aliàs per vocales) in melodia ipsarum saporiter sonantium (proferuntur enim secundum certas notas musicas accentus à Judæis) quarum harmoniam sequuntur litera & puncta (b. e. vocales) dum ad modum illorum (accentuum) sese movent velut milites post ipsorum Regem. Litera enim in vicem corporis sunt, puncta (vocalia) in vicem Spiritus. Omnia hæc (litera scil. & vocales) moventur certis suis motionibus secundum accentus, secundum quos etiam consistunt in locis ipsorum (b. e. suspenditur illarum pronuntiatio) Quoties sonus accentus movetur, illicò litera quoq; ac vocales in eundem modum moventur; quoties ille cessat, nec harum amplius motio fit; sed resistunt (firmiter) in locis suis.

§. II.

Tractationem de figura literarum excipiunt in hoc
F mem-

45) Col. 2. (ub. fin.)

membro duæ quæstiones aliæ; ob sententiarum discrepan-
tiam circa illas occurrentium priori equidem paulo intri-
catiores perplexioresq; , hac tamen ex parte facilitatæ ma-
gis, quod opinio quam inter pugnantes ac verosimiles un-
diquaq; rationes, cuius heic optio atq; arbitrium eligendi
sequendiq; indulgeri videtur, si erronea sit, nullas periculo-
sas secum consequentias trahat. Quæritur scilicet 1. Quâ
ratione literæ Tabulis insculptæ sint? 2. Quot præcepta utriq;
Tabulæ assignanda? Ambas hasce perpendendi nobis
occurrit ex Traditione quâdam Talmudicâ quæ le-
gitur in Tractatu Skekalim Jerusalm: (46) in quâ utraque
strictim & breviter à Commentatoribus attingitur; Unde &
nos eorum exemplo ad unam Thesin eas contrahimus. Traditio
sic habet. כָּצַר הָיוּ הַלּוּחוֹת כְּחוּבוֹיָם חֲנֻנִיָּה בֶן גַּמְלִיאֵל
אָמַר חֲמִשָּׁה עַל לוּחַ זֶה וְזֶה עַל לוּחַ זֶה שְׁנֵאמַר וַיִּכְתְּבֵם עַל שְׁנֵי
לוּחוֹת אֲבֵנִים רִבְעִי אֲמִירוֹם עֶשְׂרֵה עַל לוּחַ זֶה וְזֶה עַל
לוּחַ זֶה וְרַבִּי שְׁמַעוֹן בֶּן יוֹחָאִי אָמַר כֹּס עַל לוּחַ זֶה וְכֹס עַל לוּחַ זֶה
שְׁנֵאמַר וַיִּכְתְּבֵם עַל שְׁנֵי וְגוֹמֵר. כֹּס עַל לוּחַ זֶה וְכֹס עַל לוּחַ זֶה.
וְרַבִּי סַמַּי אָמַר שֶׁ עַל לוּחַ זֶה וְכֹס עַל לוּחַ זֶה שְׁנֵאמַר מִזֶּה וּמִזֶּה
הֵם כְּחוּבוֹיָם מְטֻרְגָּה חֲנֻנִיָּה בֶן אֲחִי רַבִּי יְהוֹשֻׁעַ אָמַר וְכֹס
וְכֹס עַל לוּחַ זֶה וְכֹס עַל לוּחַ זֶה וְכֹס עַל לוּחַ זֶה וְכֹס עַל לוּחַ זֶה.

*Quomodo scriptæ erant Tabule (legis?) Cbananiab filius Gamalielis ait
quinq; (præcepta) exarata fuisse super hac Tabula, totidem super alterâ
ita enim dicitur (47) Et descripsit illa super Tabulas lapideas. Rabbi-
ni dicunt decem (præcepta) inscripta fuisse uni, decem etiam alteri. R.
Schimeon filius Jochai docuit viginti huic Tabula, totidem alteri quoq;
insculpta fuisse; eò enim valere verba: Et descripsit illa super duas
Tabulas etc. nimirum ut intelligantur viginti in singula Tabula. R.
Simai præsentit in quavis Tabula coelata fuisse præcepta quadraginta
(h. e. decalogum quater exaratam in utraq; Tabula, ita enim disci ex*

ver-

46) En Jacob. fol. 181. col. 4. etc. etc. 47) Dent. 4. 13.

verbis: (48) ab hac & ab illa (parte) descripta erant, in figurâ qua-
drangulari. Cbananiab nepos ex fratre R. Josua professus fuit, in-
ter singula præcepta interspersas fuisse subtilitates (Grammatices &
Orthographiæ) literarq; ex lege (digito veluti locum monstrantes unde
peteretur cujusvis præcepti uberior explicatio) quarum coelatura imple-
ta fuisset lapide beryllo ingentis pretii (ממולאים כתרשיש סימא רבא)
Rasc. Lakisc. כִּי מָטוּ רֵי לְהָאֵי קָרָה Quando pervenit R. Josua ad
expositionem dicti à R. Simai jam modo prolati) quam pulchre ait, nos
informavit Cbananiab, nepos R. Josua; (dum dixit:) sicut in mari
fluctus quosvis majores semper inter distinguunt unde quadam mino-
res: Ita præceptum unum ab altero interdistinguebant subtilitates ac
literæ legis) in hac pericope quadruplex observamus opinio-
num discrimen, toto cœlo differentium, ac secundum pro-
portionem Geometricam à se invicem determinatarum.
Nam dum hic tribuit uni Tabulæ præcepta solum quinq; ,
tribuit alter decem, alius viginti, quartus denique quadra-
ginta. Rationem cujusvis ex R. Jacob. Chaviv. repetemus
paucissimis. Priores duæ sententiæ fundantur utraq; in
dicto uno: Et descripsit illa super duas Tabulas lapideas.
Primus R. Chananiab verba hæc simpliciter ad literam ca-
pit; Duarum videlicet Tabularum mentio fit, & decem
præceptorum, pars una pertineret ad Tabulam hanc, pars
altera ad alteram: Hoc sic intelligitur, quasi quis diceret:
Descripsi ego commentarium illum duabus membranis.
Sensus haud dubie foret; unam non suffecisse, ad expositio-
nem illam integram, quare adhibere necessum habuisset
duas. Eodem modo concipiuntur decem præcepta exara-
ta fuisse in duabus Tabulis h. e. quinq; in hac, totidem in
altera. Ubi notandum, quod cum hujus R. Chananiæ sen-
tentia non quadret, decalogum ab utroq; latere cujusvis

F2

Tabu-

48) Exod. 32. 15.

Tabulæ fuisse insculptam, h. e. pars una præceptorum ab hoc, pars altera ab altero. Quia videlicet ex hac hypothesi una Tabula non complexa fuisset nisi quinque tantum, quæ dividi non possunt in duas partes æquales, in interius & exterius. Rabbinus, qui suspicantur Tabulam utramvis continuisse 10. præcepta, duobus præcipue argumentis se tueri volunt. 1. Dicto Mosis (49) *Et indicavit vobis (Dominus) fœdus suum quod precepit vobis ad faciendum, decem nimirum præcepta, & descripsit illa super duas Tabulas lapideas: sicut decem præcepta priori loco conjunguntur; ita recte subsimi totidem incisa fuisse cuius Tabulæ.* Verum hæc verba adducit quoque R. Chananiah pro se 2. Si prima Tabula habuisset præcepta quinque, nullum nomen Dei comparuisset in 5. cœteris alterius Tabulæ, quæ proximum spectant, unde illa vilius fuisset habita, quare credibile, voluisse Deum illa æquare, & integram Decalogum in quavis Tabula exprimi. Circa ambas hæc sententias hoc in genere notandum erit, quod Doctores Judæi illarum auctores, imprimis advertant ad verba: *על הלוחות* insculpta Tabulis (50) quæ ex sententia R. Chasdæ (51) sic explicantur, quasi Tabulæ per sculpturam hanc ita fuissent perforatæ, ut literæ quæ incisæ erant parti huic, legi possent retrograde in parte opposita; sic enim ille: *אך חסדא מם וסמך שבלוחות בנס היו* *litera Mem & Samek que in Tabulis erant, stabant per miraculum.* & *מקרא מבפנים ונקרא* *Litera que erant in Tabulis legi poterant intra & extra, ut e. g. si scripta fuissent vocabula* *אב חבב* *ab hoc latere, lecta fuissent illa ab altero sic: ורס בהר בובן.* Iterum ad duo

49) Deut. 4. 13. 50) Exod. 32. 16. vid. R. J. Chaviv. in *En Jacobs* ad Skekal. *Jerusalem. fol. 183. col. 1.* 51) in *Schabbas c. 12. fol. 70. col. 6.* & in *Megillah. c. 1. fol. 141. col. 3.*

duo hæc effata R. Chasdæ pauca quædam monenda. Primò quod putet literas Mem & Samek miraculose stetisse, innui illam harum figuram, quâ pinguntur in fine vocum, ubi clausæ sunt instar lit. O apud Latinos, quâ sculptura in alterum latus transeunte, pars media solida in illis nulli parti amplius adhæsisset, sed sic omninò naturaliter excidere debuisset. Hæc nisi specietenus proferuntur à R. Chasdah, Talmud ipsum, opinionem ejus convincit erroris; Consequeretur enim ex illius verbis, figuras literarum מצנפך quibus scribi hæc solent in medio vocum, Mosis tempore non fuisse in usu; unde illos R. Jeremiah in locis jam modo ad marginem expressis à Prophetis vel scribis introductas esse tradit, sed resolvit dubium hoc Talmud sequentibus: *מהוה הוה מידע הוא דלא הוה ידעי הוה באמצע חיבה והוה בסוף חיבה ואתו צופים ותקינו פתוחים באמצע חיבה סתומים בסוף חיבה* h. e. *Figura harum literarum מצנפך utraq; cum intermedia cum finales, omnino isto etiam Mosis tempore (usurpata erant, verum, post sublatam sub Rege Josia arcam in qua erant Tabula legis) ignorabant homines utra illarum figura adhiberetur in vocum medio, utra in fine, donec supervenientes Critici (quidam) ordinabant de figuris apertis, quod illæ deberent occupare medium vocum, clausæ, earum finem: Et sic infringitur primò opinio isthæc R. Chasdæ, quâ existimat literas Mem & Samek stetisse in Tabulis miraculose. Quod pertinet ad alterum Doctoris hujus Talmudici effatum, quò rotundè docet tabulas ita fuisse perforatas, ut scriptura earum legi posset ab utroq; latere, ab uno directè, ab altero retrogradè, nec illud sibi constat. Probabimus id quadrupliciter. 1. Quod R. Chaninah qui quinque, & Rabbinus reliqui, qui decem præcepta cuius Tabulæ assignant, de earundem perforatione ne verbulum faciant, quanquam*

R. J. Chaviv verosimile ait esse hanc fuisse illorum mentem.
 2. Quod incongruum hoc appareat, si recordemur, tradi de
 iisdem, quod habuerint 3. palmos seu 12. digitos in crassitie.
 3. Quod alii Rabbini (52) huic sententiæ apertè contradicant,
 qui nudam tantum & vulgarem cælaturam statuunt.
 4. Quod Traditio hæc infirma ac vacillans sit, utpote alio
 tenore ab aliis venditata. In Sohare enim (53) tametsi Doctores
 quatuor R. Chajah videlicet, R. Jehudah R. Abba & R. Eleazar
 qui filius erat R. Schimeonis ben Jochai auctoris hujus libri,
 huic R. Chasdæ consentiunt quâ sculpturam transeuntem,
 attamen de legendi ratione postremus inter eos R. Eleazar
 mirum quantum à R. Chasdæ sententia differt. Ita namq;
 ille differit: רבי אלעזר אמר בנס הוּו כתיבין

(הלוחות) רכל בני נשא הוּו אמרין וסחדין דהא מכתב נא
 אלדין והוא ודאי דהא כל בני עלמא לא יכלין למנדע לון כמא
 קהו לדעתיהו דאמרן נקיבין הוּו מי כתיב חרות כלוחות על
 R. Eleazar ait: *Tabule prodigiosa ratione descripta erant,*
adeo ut omnes homines testarentur reverà hanc esse Scripturam DEi.
Nemo scilicet repertus est, qui artificium scriptio- nis illarum, perve- stigare potuit, ita ut consonaret cum genuinà inten- tione illorum, qui perforatas esse perhibebant. Numquid enim scribitur:
Insculpta in Tabulis (quibus transiens Scriptura stabiliri potuisset) & non potius: super lapides (quibus simplex calatura indicari videretur.)
Quamobrem ita traditione accepimus: Quinq; (קל"ו) voces locum habuisse ad dextram, quinq; ad sinistram, hasce inclusas fuisse,
(כל"ו) vocibus precepti ex adverso positi ad dextram, atq; ex his apparuisse (s. illas) ad sinistram; & hac ratione omnia disposita fuisse, ut essent ad dextram, bis illas in se concludentibus. Qui igitur stabant
ex

52) vid. R. Aben Esra ad Exod. 32. 15. 53) Col. in Exod. 150.

ex parte hac, cernere ac legere poterant literas lateris alterius. Traditionem enim habemus, quod sinistra conversa sit in dextram שמאלה
 (אחור ימינה) b. e. ex illis que in una linea à parte sinistra scripta erant, hauriri potuit sensus precepti illius, quod in partis opposita eodem numero & ordine linea legebatur. Scriptum enim est: à dextra ejus, ignis statutum illis. Constat ergo in veritate fuisse scripturam DEi. Quomodo autem hac (accuratius) intelligenda? Resp. Qui erat à parte hac, legebat in Tabulis verba: Ego Dominus DEus tuus: Ex literis harum vocum videre ac legere potuit verba precepti quinti: Non occides. Legebat: Non erunt tibi: bis ex opposito vidit ac legit verba precepti sexti: Non mœchaberis. legebat: Non assumes nomen Domini DEi tui etc. & per eadem: Non furaberis. Hoc pacto singula precepta percipiebantur ex s. duntaxat unius lateris. Fuitq; eadem ratio lateris alterius, ut unum preceptum comprehenderetur in alio. Et hoc subinnuitur verbis: Scriptura DEi erat. Huc usq; Sohar. Cum discursu hoc R. Eleazaris opportunè nunc connectenda venit sententia ipsius Patris R. Schimeonis, quem 20. præcepta cuius Tabulæ incisa fuisse, supra dicentem audivimus. Diceret autem heic meritò quispiam, manifestam ἀνιλογίαν deprehendi inter Patrem & Filium: illo viginti, hoc uti ex jam allatis prima fronte apparet, non plura quam decem, Tabulæ utriq; præcisè, attribuyente. Equidem & nos hoc non negamus, nec etiam viam ac rationem inire facile est, qua conciliari queant, si fallit conjectura quam desumpsimus ex Schemate quod apponit R. Chaviv, secundum sententiam R. Schimeonis b. Jochai.

Una superficies Tabulæ divisæ in duas columnas.

Ego Dominus DEUS tuus qui eduxi te ex Terra Ægypti, ex domo servorum. Non erunt tibi Dii alieni coram me etc.

Ego Dominus DEUS tuus qui eduxi te ex terra Ægypti, ex domo servorum. Non erunt etc. Et sic consequenter usq; ad finem precepti quarti in utraq; columna unius lateris.

secundum Schema hoc ordiretur Præceptum quintum primas lineas averſi lateris in qualibet Tabula, quod modo volebat R. Eleaſar. Et Decalogus Tabulæ utriq; bis fuiſſet inſculpta, juxta R. Schimeonem illius patrem. Fundamentum ſententiæ Magni hujus Cabbaliſtæ reponunt Commentatores in duplici ſenſu, quem præceptis ineſſe exiſtimaret: literali ſcil. & myſtico; non aliter ac Textus ipſe decem præceptorum duplici accentuatione, ad præceptum à verſu & verſum à præcepto ritè dignoſcendum inveſtitur. (54) Sententiarum quarta & ultima in adductâ Traditione erat *ſ* R. Simai quaternam omnium decem præceptorum repetitionem prætendentis pro quavis Tabula. Nititur in ea hiſce verbis Scripturæ (55) *Tabula ſcripta erant in duobus ipſorum lateribus, ab hoc & ab altero ſcripta.* Idea, quam ex hoc dicto figuravit ſibi bonus hiſce Magiſter, primo intuitu percipitur ex ſchemate quod hic delineamus. (56)

Tabulæ ſcriptæ erant in duobus ipſorum lateribus, ab hoc

Ego Dominus DEUS tuus qui eduſi te ex terra Ægypti, ex domo ſervorum, non erunt tibi etc. & ſic conſequenter uſq; ad finem præcepti decimi, cujus extrema verba ab hac parte, tangunt extrema decimi in media Tabula ex parte hic oppoſita.

Ego Dominus DEUS tuus qui eduſi te ex terra Ægypti ex domo ſervorum, non erunt tibi etc. Et ſic conſequenter ad finem uſq; præcepti decimi.

Et ab altero ſcriptæ erant.

Non

54) Vid. alias aduocaciones ap. R. Chaviv. ad Schekalim Jeruſchal. fol. 183. col. 3. 4. 55) Exod. 32. v. 56) delineatur idem in Tract. Talmud. jam jam citato col. 183.

Non putamus opere pretium eſſe de hac hypotheſi quæ à Judæis ipſis tanquam inepta & falſa rejicitur, una cum priori huic proxima R. Schimeonis plura annotare, niſi quod ab utroq; latere talem ſcriptionis figuram, qualem heic depinximus, ſibi imaginetur, unde & numerus præceptorum quadragenarius exſurgit; quodq; ab illis recedat, qui lapides perdolatos fuiſſe crediderunt. Quatuor hiſce Miſchnicorum ſententiis, quinta deniq; Joſephi Flavii (57) ſubjungenda eſt. Coincidit ea fermè cum prima R. Chananiæ, qui præcepta quinq; tantum cuiq; Tabulæ adſcribebat. Verba ipſius ex verſione Ruffiniſic ſonant; (*Moses*) in arcam repoſuit duas Tabulas, decem præcepta continentis in utraq; quina, & in ſingulis paginis duo cum dimidio. Cognoviſſe ſanè proficuum foret, ex Traditione hæc habeat Joſephus, an ex ratiocinatione propria: Traditionis ſpeciem exiguam præferunt, cum inter quatuor illos Doctores Talmudicos, nullus proſus idem per omnia ſentiat. Ad conjecturam itaq; recurrendum. Et videtur ea quidem ob Decalogi æquam diſiſionem ſecundum præcepta ac Tabulas cæteris jam productis omninò præferenda. Nihilominus, ſi & nobis in re dubia atq; incerta eadem arbitrandi daretur licentia, non modò diceremus aperte ſententiam etiam hanc Joſephi apparere incongruam, dum conſideramus magnitudinem vel quantitatem Tabularum, quæ utriq; designatur æqualis. Nam una, præcepta prima ac priora quinq; eademq; prolixiora continens, alteram, in qua poſteriora quinq; exarata fuiſſent eademq; multò breviora, linearum numero plus quam ter ſic ſuperaviſſet, quin & citius judicaretur non niſi tria illa priora ſecundum noſtram Decalogi diſiſionem, quibus declaratur obligatio hominum erga DEUM, fuiſſe contenta Tabulæ primæ;

57) Antiq. lib. 3. c. 8.

primæ; reliqua septem, quibus obligatio nostra erga nos ipsos atq; alios exprimitur, Tabulæ secundæ. Quæ tamen quâ linearum numerum vel hoc quoq; pacto priori non parum cessisset. Si opinaretur alius, paribus numero lineis constituisse Tabulam utramvis, neq; nos eidem adversaremur. In re enim tot conjecturis atq; opinionum discrepantiis subjecta, quis præsumeret obtendere aliquid pro certo? Porro, quod ad illam quæstionem attinet, quomodo Decalogi præcepta dividenda sint, Tabulas nostras illa proprie non spectat, unde eandem ad aliud forum remittimus.

§. III.

Hactenus contemplati sumus Tabulas, quasi quæ gestarentur adhuc inter manus Moïsi: ordo nunc postulat, ut eas aspiciamus in loco suo repositas. Situm illarum in arca repræsentavimus in Thef. 3. dispiciendum itaq; nunc succedit, an illæ solæ ibidem repositæ sint, vel etiam, an liber legis, virga Aharonis, urna Mannæ, fragmenta confractarum Tabularum simul in eadem conservata fuerint. Hoc de libro legis & Fragmentis Tabularum Talmudistæ aliquot concedunt (58) negant vicissim alii, docet id Traditio sequens: אין בארון רק שני לוחות אבנים אשר הניח שם און משה בחורב סמי אין בארון רק מיעוש אחר מיעוש ואין מיעוש אחר מיעוש אלא לרבות ספר תורה המונח שם פרנסת ארון לארכו ופרנס ארון לרחבו כמה לוחות בארון ששה טפחים וכולו: In arca nihil erat præter Tabulas lapideas, quas ibi reposuit Moïses in Horeb. 1. Reg. 8. 9. & Paral. 5. 10.) Quid sibi volunt particule: nihil, præter, duo successive negativa? Resp. ideo illa adhibentur, ut iis includatur liber legis, qui (quoq;) ibi collocatus erat (sic & R. L. b. Gerson (59) bisce non negari, ait, fuisse in arca res quas modo

modo recensebamus, sed dici iis, ex lege plus ibi non fuisse reconditum, quam decalogum בכח על התורה סקנים והם, hanc vero omnino ab his, videlicet virga Aharonis & urna Manna, fuisse circumdatam.) Implevit arca omnem vacuum in se locum qua longitudinem, & sustentavit latitudinem suam (b. e. necessitates mensuræ suæ quâ latitudinem, extendit.) Quantum occupabant ex arca Tabulæ? Resp. sex palmos. Ergo supersunt tres (qua latitudinem) subtrahere ex his sesquipalmum ad latus hoc (arca) & tantum ad alterum etc. secundum verba R. Meir. R. Judah. putat intelligi cubitum quinq; palmarem, (quando de mensura arca sermo.) Restaret itaq; palmus unus in ejusdem latitudine in quo locus erat paxillis porrectis secundum longitudinem arca. in quorum medio erant Tabulæ S. S. E. (60) Uraniscum fecit sibi Rex hic Salomo ex arboribus Libanon, paxillos ejus fecit ex argento. Juxta latus illius (arca) posita fuit arcuola, quam mittebant Philistai in donum DEO Israelis S. S. E. (61) Et vasa aurea que reddidistis ipsi in oblationem pro delicto, ponetis in capsâ, ad latus illius. Super hanc jacebat Liber legis S. S. E. (62) Et reponetis illum à latere arca. Ergo ad latus arca collocatus fuit, non intra eandem. וְאֵת מִקְיָוֵי הָאֵל Verum, quomodo cum hac sententia conciliabo ego verba: Nihil erat in arca præter etc. includunt hæc, fragmenta Tabularum, que quoq; in arca reservata erant. Unde id sciri potest? Ex illis que differit R. Huna. Ita enim ille: Quid significant verba (63) qui adpellatur nomine, nomine (inquam) Domini Zebaoth insidentis Cherubinis? Resp. docent videlicet tam Tabulas ipsas, quam fragmenta, in arca recondita fuisse. (Et hæc sub illis.) Notandum namq; שם b. l. nomen, bispositum, capi per allusionem à Talmudistis pro adverbio שם ibi. ut sic respectus fieret simul ad Tabulas & fragmenta. (ויאריך החוה סבעי ליה לכרבי יוחנן.) Porro (talıs expositio particularum: nihil, præter) necessaria est (α) ad confirmanda verba

G 2

R Jocha-

60) Cantic. 3. 9. 10. 61) 1. Sam. 6. 8. 62) Deut. 31. 26. 63) 2. Sam. 6. 2.

R. Jochananis; is enim ex R. Schimeone B. Jochai sibi acceptum refert, quod nomen Tetragrammaton atq; omnia illius cognomina reposita fuerint in arca וַיִּדְרֹךְ נָטִי מִכְּעֵי לִיָּה לַחֲכֵי אִין הַכִּי בְּמִי אֵלֶּה וַיִּדְרֹךְ שְׁכָרֵי לַחֲוֹת וְכוּלֹּו (6) necessaria etiam est eatenus, quatenus sic nihil (juxta Tabulas integras) supponitur ibi locum habuisse præter fragmenta וְכוּלֹּו לֹא נִמְקָא לִיָּה מִדְּתַנָּא וְכוּלֹּו unde vero de illis hoc constat? Resp. Ex traditione R. Joseph hic namq; ex dicto: (64) Tabule quas fregisti, וְשִׁמְחָה בְּאֵרוֹן (Et pone illas) novas hæc: construendo hoc verbum cum precedentibus, quasi præteritum esset ac respiceret fragmenta; Et sic redderetur etiam ex ipsius subtili hæc observatione; Et pones (in arca,) docet quod cum Tabule, tum fragmenta ibi reposita fuerint. (7) necessaria est ad mentem R. Levi, qui verba: quas fregisti, per Tropologiam receptam explanat, quasi DEUS B. Mose sic dixisset: יִשְׂרָאֵל כֹּהֵךְ שִׁשְׁבַרְתָּ מַאֲכֵה אִתָּא בִּירְמִיָּהוּ אִתָּא בִּירְמִיָּהוּ (Tabulas) confregisti (quæ verba indicio sunt, voluisse DEUM ut fragmenta quoque ibi custodirentur posteritati in testimonium, etsi amplius non consistebant aliquid integrum) huc usq; Traditio. Ex qua satis manifestum evadit, opinionem hanc de fragmentis, arreptam esse ex lectione verbi וְשִׁמְחָה per præteritum. Et tunc certe illam Magistrorum pleriq; (65) Arabs item Batricides in suis annalibus Alexandr. (66) & alii. Librum legis quod concernit, cui quidam hic locum dant intra vacuum arcæ spatiū prope Tabulas, censet quoq; R. Ab. Esra (67) rectius dici ad latus exterius arcæ recubuisse; utpote qui 40. annis plus minus post inditas in arcam Tabulas à Mose absolutus fuerit. (68) Quis igitur facile sibi persuaderet propitiatorium suis Cherubinis conspicuum, post tantum temporis intervallum, ab arca, ut hæc librum legis reciperet, fuisse subla-

64) Deut. 10. 2. 65) Vid. R. Nachmanid. Allegat. ad c. 6. Schekal. Jersuschal. fol. 181. col. 3. 66) p. 108. 67) ad Exod. 25. 68) Deut. 31. 26.

tum? R. D. Kimchi (69) ex 1. Reg. 8. 9. & 2. Paral. 5. 10. adeo vacuum & inanem fuisse concludit, ut nihil intra se complexa sit præter Tabulas. Miramur nos, cur hoc non professi sint omnes, & cur aliter sentire quisquam potuerit; cum primo testetur Scriptura in specie de horum singulis, libro nimirum legis (70) Virga Aharonis (71) Urna Mannæ (72) Lagena olei unctionis (73) quod DEO ipso sic ordinante, non intra arcam, sed coram & ad latus ejus deponi iussa sint. Deinde in genere, duo Historiæ Sacræ idem sonantia testimonia (74) expressissimis verbis doceant nihil fuisse in arca præter Tabulas legis. Quæso igitur quid opus tam malè fundatis & tantum non vanis conjectationibus? scrupulum hæc quidem videtur movere quibusdam locus unus in Epistola ad Hebræos (75) verum qui accuratius introspectus, eundem quem iniecit, iple eximit. Si enim, voces ἐν τῇ σκηνῇ καὶ οὐκ ἐν τῇ ἀρχῇ etc. non ad vocabulum κιβωτῶν, sed uti in versu secundo ubi pariter legitur: ἐν τῇ ἡλῶ λυχνία etc. ad ἀκροῦσθαι applicueris, difficultas omnis in fumum abit. Quicquid sit, veritas locorum supra adductorum evidentior est, quam ut ob acceptionem disputabilem harum particularum revocari à quoquam in dubium queant.

§. IV.

Supereft nunc unum momentum historicum in opellâ hæc nostrâ discutiendum; qualia nimirum fata habuerint Tabulæ, seu quod idem est, quò tandem pervenerint. Audivimus hucusq; ubi collocatæ fuerint, in arcâ videlicet: si itaq; vestigia aliqua cognoscendæ veritatis in puncto de quo nunc agitur indagare cupimus, necessarium est, ut brevissimam quoq; arcæ historiam cum Tabulis, illas continentis

G 3

com-

69) ad 1. Reg. 8. 9. 70) Deut. 31. 26. 71) Num. 17. 10. 72) Exod. 26. vers. ult. 73) Exod. 30. 36. 74) 1. Reg. 8. 9. 2. Paral. 5. 10. 75) Hebr. 9. 4.

combinemus, utpote quæ eandem sortem expertæ sint ambæ. Existimaverunt Talmudistarum aliqui duas Israelitis fuisse arcas: unam, cui inditus esset (liber) legis, conservatam in Tabernaculo conventus, alteram, in quâ reposuisset Moses Tabulas ejusdem, & hanc exportatam quandoq; fuisse ab ipsis in prælium: Attamen pluribus hoc displicet, unam tantum agnoscere volentibus, quæ cum semel duntaxat in diebus Elieduceretur ad pugnam, hostibus Philistæis cessit ad tempus in prædam (76) de loco hujus arcæ in Sancto Sanctorum sequentia commemorat R. Maymonides (77) *אכן היתה בקדש הקודש במערבו שעליה היה*

אכן היתה בקדש הקודש במערבו שעליה היה *In Sancto Sanctorum situs erat lapis quidam versus occasum, super quò consistebat arca, & coram eo urna Manne, ac baculus Abaronis. Eo tempore quo construxit Salomo Templum, cum prævideret aliquando fore ut dirueretur, paravit in eo locum peculiarem sub terra, secretis profundis & anfractuosis recessibus devium, ad occultandum in eo arcam (orificium hujus crypte texisset lapis cujus jam mentio facta) in hoc postea loco à Salomone (ut jam relaturn) huic fini fieri jussu, mandavit Rex Josias illam abscondi, sicut dicitur. (78) Et dixit Levitis qui instruebant universum Israël, & sancti erant Domino: Reponite arcam Sanctitatis in illa Domo, quam edificavit pro ea Salomo F. Regis Davidis, non sit vobis in onus super humeros. Nunc servite Domino DEO vestro etc. Una cum arca recondita quoq; sunt, sequentia, baculus nimirum Abaronis, urna Manne, oleum unctiois quorum omnium nihil restitutum fuit in templo secundo. Urim & Thummim quæ fuerant in arca hac, neq; responsa reddebant per Spiritum Sanctum, neq; etiam consu-*

76) Schekal. Jeruschalm fol. 181. col. 2. 3. Tosephot. ad c. 5. Erwin. En Jacob. fol. 86. col. 1. 77) Hilc. Bes. Habbebirab ab init. c. 4. 78) 2. Chron. 35. v. 3.

consulebantur. Huc enim spectat illud Esra (79) donec surgeret sacerdos cum Urim & Thummim. Nullam igitur etiam ob causam tunc quidem fiebant, nisi ut vestes summi Sacerdotis, omnibus numeris essent absolute, quippe quem suis privari vestibus non licebat. Hæc R. Maymonides; quæ transumpsit partim ex Talmude Babylonico (80) partim Hierosolymitano (81) in quorum utroq; illis quatuor jam recensitis cimeliis unâ cum arca occultatis superadditur etiam capsula, quam in expiationem pro delicto sacrificaverant Domino Philistæi. (82) Et causa simul adjicitur, quæ promoverit Josiam, quare hoc fecerit: invenerat scriptum, ajunt, in libro legis (manu Mosis exarato, quem repererat Chilchias in domo Domini h. e. ad mentem. R. D. Kimch. (83) in cista fortè aliquâ inter thesauros Templi, quo loco reservabatur apparatus Tabernaculi Mosaicæ, abstrusum, atq; sic extra arcam quod supra ostendimus repositum) abducat Dominus Te & Regem tuum quem impones Tibi ad gentem, quem neq; Tu, neq; patres tui cognoverunt (84) Non quod antehac ignarus adeo fuisset divinæ legis, ut comminationem hanc ex ejusdem legis sedula lectione sibi perspectam non habuisset; quis enim aliud crederet de Rege tam ingenti veræ pietatis fervore ac Zelo pro cultu DEI Israelis accenso? sed quod volumen hoc legis eâ ratione in se fortè convolutum deprehendisset, ut versus jam dictus extaret, ac primum occurreret in parte voluminis oculis obversa, unde confractum fuisset cor ipsius שימנא כחשבו היתה היא utpote qui horum verborum eventum ex malo hoc omine propediem affore augurabatur. Rurfus R. Nachman

79) Esr. c. 2. 63. 80) Jom. cap. 5. fol. 106. col. 1. 4. 81) Schekalim c. 6. fol. 181. col. 3. 82) 1. Sam. 6. 8. 83) ad 1. Reg. 8. 9. 84) Deut. 28. 35.

Nachman cum consensu quorundam sapientum, tradidit. (85) Arcam non in loco supra memorato, sed in conclavi struis lignorum à Josia fuisse reservatam; ad quod statuentum inductum se refert ab ejusmodi Historiis: Sacerdos aliquis cum aliquando obambulet (in dicto conclavi) Jocosus rebus intentus, animadvertit ex improvise in tabulatis pavimenti (lapides) quosdam habere elevatiorem situm quam ceteri juxta strati: (אחר מן) והבין רסלקוה (אחר מן) שם מאחר שנסדרה שם undec conclusit partem aliquam hujus tabulati à loco suo sublatam fuisse, post illud tempus, quo prima vice ibi deposita esset. Hoc cum inde se proripiens indicaret socio, vix unum aliquod verbulum proferre valuit, antequam expiraret. Historia alia ex Schola R. Ismaelis: duo sacerdotes vitio quodam corporis affecti (ex lege talibus injuncta (86) cum in conclavi lignorum seligebant pro sacrificiis ligna vermibus non arrosa, (מהליעין בעצים) forte contigit, ut excuteretur securis alterius ex his, ac procideret in locum hunc (de quo sermo fuit) & ecce exsiliens tum ignis exinde, eandem consumpsit. Sententijs hisce de occultatione arcæ reclamant iterum Magistri alii (87) qui contendunt simplicem sensum supra allati ex 2. Chron. 35. 3. dicti esse hunc, quod Manasse, deinde Ammon, amoverint arcam ideoque eam restitui jusserit Josias in locum suum, i. e. Sanctum sanctorum, unde probabile videretur, (88) illam una cum vasis reliquis Templi, jussu Nebucadnezaris Regis ad Babel fuisse traductam. Opinionem hi suam exsculpunt ex (a) duobus præcipue Scripturæ di-

Etis
85) Jom. Babyl. c. 5. fol. 106. col. 4. & Schekalim Jeruschal. c. 6. fol. 181. col. 1. 86) R. Maymonid. Bes Habbechir. c. 5. 87) In locis utriusq; Talmudis supracit. 88) R. Salom. Jarchi ad 2. Chronic. 35. 3. & L' Empereur nos. 1. Cap. 3. Middot,

Etis. Prius legitur 2. Chron. 36. v. 10. *Vertente anno mittens Rex Nebucadnezar deportavit eum (Regem Judæ Jechojakin) in Babyloniam cum instrumentis desiderabilibus domus Jehovæ. Posterijs Thren. 1. 6. Et excedit è filia Zionis totus decor ejus.* (9) Ex Textu Mischnico (89) Tractatus Jomæ, in quo sic scribitur: משנטל הארון אבן היתה שם סימון נכאיים ושהיה היתה נקראת גבוהה מן הארץ שלש מצעות ועליה היה נותן Ex quo abducta fuit arca, lapis ibi erat à diebus priorum Prophetarum (is haud dubie de quo supra loquentem audivimus Maymonidem) & lapis foundationis fuit vocatus (90) altus erat è terra tribus digitis, & super ipsum, thuribulum collocabat (Pontifex in die expiationis Sanctum Sanctorum ingressus.) Nam cum hic ponatur non משנטל ex quo occultata, sed משנטל ex quo abducta fuit, inde posse (censent) inferri arcam fuisse ad Babel avectam) NB, habebant sane arcam quoque unam in Templo posteriori, sed quæ non erat arca fœderis Mosaica. (91) Hisce licet obstantibus, prævalere tamen videtur suffragiorum pluralitate ac probabilitatis specie sententia Magistrorum ab initio hujus Paragraphi à nobis adducta: nam cum Cyrus educta à Templo Dei Nebucadnezaris 5400. vasa domus Domini, restituenda commendasset Judæis ex Babylonia dimissis (92) quæso cur etiam arca præcipuus ejusdem Thesaurus non redisset cum illis, si aliquando isthuc transvecta fuisset? Nec leve etiam pondus illi accedit ab eis, quæ auctor librorum de gestis Maccabæorum inter alia ex Scriptura quadam Jeremiæ, quæ tempore Nehemiæ literis commendata esset, se didicisse, memoriæ prodit (93) tamen de loco occultationis

H
89) Masecet. Jom. c. 5. 90) Vid. de hoc lapide Sob. in Exod. col. 398. lociq; pluribus alijs & Schering. ad Mischnam hanc. 91) Corp. Talmud. Jom. fol. 52. 92) Esræ. 1. 7. 93) 2. Maccab. 2. 1. & 13.

tionis cum Talmudistis eidem non convenit. Ait is, in illa se notatum invenisse, χρηματισμῶ γενήθη. divino responso facto Jeremiam in mandatis accepisse, ut arcam secum transferret ad montem Nebo; quo cum pervenisset, deprehendisse in illo διακο ἀνθρακῶν domunculam cujusdam cryptæ, & in illa apparatus Tabernaculi unā cum arca & ara suffitus abdidiſſe, ostium sic obstruens, ne à quopiam facile reperiretur; interim tamen ausos fuisse aliquos speluncam hanc postea investigare, quod cum innotuisset, Prophetam eosdem ipsos increpasse additis verbis: ὅτι ἄγνωστος ὁ πέθοςαι, ἕως ἂν συναγάγῃ ὁ θεὸς ἐπισυναγωγῆν Ἰὲ λαὸν, καὶ ἴλεως γένηται. καὶ ἵστω ὁ κυριος ἀναδειξῆς ταῦτα, καὶ ὁ φθῆσαι ἡ δόξα Ἰὲ κυριος καὶ ἡ ἰεφέλη (94) ὡς καὶ ἐπὶ Μωυσῆ ἐδήλωτο, ὡς καὶ ὁ Σαλωμων ἰξίωσεν ἵνα ὁ ἱεὺς καθαρὰ ἡμεγάλως. De reliquis cultus sacri utensilibus, quò devenerint, scriptor hic nihil refert: ignem enim sacrum, quem in arida quadam spelunca fuisse abstrusum narrat, hisce accensere non possumus. Certè sunt, qui ex horum nobilissimis, solummodo auream urnam & ramum amygdaliferum in Templum secundum postliminio reversos esse existimant (95) unde factum, ut hæ sanctissimæ reliquiæ ab Hasmonæis in siclorum signa post id fuissent recepta: Cui opinioni non adversa est Traditio Judæorum (96) quæ inter quinque illas res, quas Templo posteriori defuisse queruntur, nimirum 1. arcam cum operculo & Cherubinis 2. ignem cœlestem 3. Majestatem divinam 4. Spiritum Sanctum 5. Urim & Thummim, rami hujus ac, urnæ nullam mentionem facit. Ne deniq; auctor librorum Maccab. qui arcam, (in qua meminisse juvat delituisse Tabu-

94) Conf. Sobar in Exod. col. 11. & 12. 95) Conring. Paradox. de Num. Hebr. c. 9. 96) Corp. Talmud. Hieros. Taanis fol. 6. 1. Bab. Jom. fol. 21. 2.

las legis) in montis Nebo quadam Crypta reconditam fuisse dixerat, ob defectum ομοψήφων suæ relationis, in controversia hac cum Magistris, qui illam, (uti ostensum) in templo condunt, causâ, quam veram prætendit, cadere se queratur: Neve nos favorem alicujus in specie partis, & non potius veritatis tantum, judicari possimus monstrare voluisse; æquitas exigit, ut unius adhuc Testimonio eadem attestantis præbeamus benevolas aures. Quæras quis sit? Josephus est, sed qui Gorionides appellatur, quem eundem cum Flavio esse statuit Munsterus (97) sed prorsus contrarium censet Richard Simon (98) dum tale Judicium de ipso fert: Il est aisé de Juger par la seule Lecture de ce Livre qu'il a été suppose. L' Histoire du vrai Joseph (Flavius) n'a point été connue aux anciens Juifs; & ainsi celui qui a composé celle - la en Hebreu, en a seulement pris ce qu'il a jugé à propos d'insérer dans son Abrege, en y ajoutant de fables & de fausses Histoires. Quicunq; demum fuerit, audire opus est ipsius verba (99) והארון איננו כי לקחו ירמיהו הנביא עם כל היריעות אשר עשה משה עבד יי במדבר ויש אוחה בהר נבו וימצא שם מערה ויחנם בהוכה וירדמו הכהנים וכו' Munsterus reddidit: Arca autem post reditum ex Babel (non aderat) quia abstulerat eam Jeremias Propheta, unā cum omnibus cortinis, quas fecerat Moses servus Domini in deserto, & posuit eas in monte Nebo, ubi invenit speluncam, in cujus concavitate posuit eas. Cumq; sequerentur sacerdotes, qui fuerunt in diebus illis, Prophetam, ut adverterent locum, respiciens Jeremias post se & videns eos, iratus juravit dicens: Non sciet homo, neq; cognoscetur locus donec venero ego & Elias Propheta (100) famulus Domini, tunc restituemus arcam, in locum suum intra san-

H 2

Eum

97) in Prefat. eidem præmissa. 98) Histoire Critique p. 540. 99) Lib. 1. c. 17. edit. Munster. 100) Conf. Targ. in Ibren. c. 5.

Etum Sanctonum, subter alas Cherubim. Euge lætum nuncium!
 Possunt itaq; Judæi, qui ut Templum tertium citò in die-
 bus ipsorum exstruatur, votis quotidianis cœlum fatigare
 non desinunt, bona interim hujus promissi spe languentes
 ipsorum animos lætare: *Ἡλίας ὑὸν ἄρχεται πρώτον, καὶ ἀποκρίσσει
 ἡσασα πάντα* (101) verum quid ipse addit h. l. Servator. λέγει
δὲ ὑμῖν ὅτι Ἡλίας ἤδη ἦλθε.

101) *Matth. 17. 11. 12.*

SOLI DEO GLORIA!

